





BMN I, 360

5

cc
cc
~~cc~~

PHARMACOPŌIA

100

1830

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10


10

10

10

10

10



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
— Medizinische Abt. —
DÜSSELDORF

V 2410

PHARMACOPOEA

AMSTELREDAMENSIS,

Senatus Auctoritate munita,
& recognita.

Editio sexta.



AMSTELÆDAMI,

Apud IOANNEM BLAEV,

CIO IO C LX.

Cum Privilegio.

PHARMACOPŒA

AMSTELÆDAMIENSIS

PHARMACOPŒA AMSTELÆDAMIENSIS

1754

1754



AMSTELÆDAMIENSIS

PHARMACOPŒA AMSTELÆDAMIENSIS

1754

(Amst.)

CONSULIBVS,

&

SENATORIBVS

Amstelredamensis

Reipublicæ.



MAGNIFICI, & PRUDENTES DOMINI,

Quam oblatum venimus Pharmacopœam, illam & vobis, & vestris civibus vestra peperit civitas, cum, ut Medicis Pharmacopolarum officina, tum, ut Pharmacopolis Medicorum innotescat mens. Quæ duo summè necessaria, imò præcipua fulcra, quibus praxis medica innixa: quibus quandoquidem hætenus carendum fuit, vidimus, & utinam haud vidissemus, quid detrimenti ceperint ægri, & quam incerta,

A 2

ne

4 D E D I C A T I O .

ne dicamus irrita, sæpenumero fuerint etiam sagacissima consilia. Sed jacta est anchora, quæ fluctuantem firmabit navem; & inventum vinculum, quod dissolutas ligabit scopas. Exemplis nobis præluxere celeberrimæ totius Europæ civitates: quarum cuilibet sua est Pharmacopœa, & in eâ is remediorum delectus, quem suis ægris, suæque civitati judicarunt convenientissimum. Diu hanc vidimus viam, & diu ancipitis, & periculosæ nostræ alexæ fuimus pertæsi; sed ea fuit & increscentis vestræ urbis magnitudo, & tam exuperans officinarum frequentia, ut quilibet manum de tabula, & quid agas? ubi nemo glaciem frangit, nemo Herculi clavam extorquet: ferendum quod evitare nequis. Factum id à nobis, & quidem tam diu, donec communibus Collegii suffragiis in eum medicamentorum ordinem itum, quem speramus

ramus

DEDICATIO. 5

ramus omnia redacturum in ordinem, & ad cuius normam, uti ad libellam, & lineam fabri, cuncta sua in posterum exigent officinæ. Nos quidem, Viri Magnifici, quem concepimus, offerimus fœtum, sed vos, quia tollitis, patres estis: nos materiam, sed vos datis formam; ac proinde merito illi à vobis & nomen, & nomini conveniens dignitas. Accipite itaque, quam dicatum imus, Pharmacopœam, prius nostram, nunc vestram, & quam venientem obviis excepistis ulnis, illam porrò fovete benignè, & defendite serio: & si quem non moveat beneficium, cogat officium. Ampla quidem, & augusta est, quam possidetis, civitas. Multa continet, quæ multi admirantur, sed supra omnem admirationem, omniumque captum est artissima illa familiaritas, quæ hic Musis cum Mercurio, & huic cum civitate, & vestræ civitati cum

A 3 totius

6 DEDICATIO.

totius mundi ambitu. Hæc enim
vestra laus est, quòd nullis cir-
cumscripti estis cancellis, sed
eundem cum universo agnoscitis
terminum. Et sicuti omnes circu-
li lineæ in centrum, ita omnium
fontium rivuli in vestram defluunt
sinum. Faxit Deus Opt. Max. ut
lectissimam hanc Rempub. diu
conspiciamus incolumem, & à
tam claris nominibus, non minus
feliciter assertam, quàm providè
directam, & ex usu publico fide-
liter administratam. Quod ex
animo vovemus. Amstelredami,
III Non. Majas clò Io c xxxvi.

VESTRÆ REIPVBL.

MEDICI.

EX-

E X T R A C T V M

Ex Statutis Amstelredamensibus,
signatis lit. L. fol. 21.

QVandoquidem Ampliff. DD. Consulibus & Scabinis enormes innotuerunt abusus, qui in medicamentorum preparatione à Pharmacopœis committuntur, tum, quod communis formula non extet, juxta cujus normam quævis officina teneatur medicamenta sua componere, tum, quod ob Urbis magnitudinem, & officinarum frequentiam sevis à Medicis nequaquam hæctenus potuerit, quid in singulis prostarer, multo minus, quo illud modo ibidem preparatum fuerit: quorum ignoratione incerta multum facta est ars medica, plurimisque periculis agri expositi, magno Reipubl. detrimento, & Medicorum non levi dedecore; Placuit iisdem Ampliff. DD. (quibus à Medicis oblatum est DISPENSATORIVM, in quod hi ex omnibus scriptoribus ea, que maxime convenire judicarunt, medicamenta retulerunt, & collegerunt) Reipubl. salutem, & Medicorum honorem corâ ducentibus, ut obviam eant cunctis illi: malis & incommodis, ad exemplum diversarum illustrium civitatum, & intellectâ super hac re Senatus sententiâ: Omnibus Pharmacopœis, tum qui jam instituerunt, tum qui aliquando in hac urbe suas officinas sunt instituturi, mandare, ut id ipsum DISPENSATORIVM, quod omnium usui imprimatur, atque propediem in publicum dabitur, sequantur in suarum officinarum instructione, neque ab eo deflectant, neque qui secus fecisse, ignotasque medicamentorum compositiones alias, præterquam qua in dicto libro continentur, in suis officinis habere deprehensi fuerint, pendant primâ vice panam duodecim Carolinorum, secundâ vice vigintiquinque Carolinorum, tertiâ verò vice Occlusionis officinarum, ac omnia medicamenta vanum exponendi potestatis interdicta ad sex septimanas. Ut verò præscripta Lex strictius observetur,

A 4

singula

8. E X T R A C T V M .

*singula in posterum officina his terve quotannis à
binis ternisve Medicina Doctoribus (ad id annua-
tim à Magistratu delegandis) visitabuntur , mul-
taque dicentur transgressoribus . Praterca omnes
Pharmacopœi tenebuntur his Medicina Doctoribus,
quod muneri sui est exequentibus , debitum homo-
rem deferre, atque officinas accedentibus absque ullâ
tergiversatione, nec refractariò monstrare, quacun-
que fuerint iussi . Qui aliter faxint, multabuntur
viginti quinque Carolinis , nihiloque minus tene-
buntur, qua ab iis petent Dollores ostendere, atque
in omnibus & singulis præsentis Edicto obsequi .
Quarum omnium multarum pars altera redigetur
in fiscum , altera relinquetur arbitrio D D. Iu-
dicum .*

Subscriptum :

*Publicatum xxix Aprilis , cId Id c xxxvi .
Præsentib. ut in Reg.*

Coll.

D. MOSTART.

**Extractum ex eisdem statutis ,
lit. L, fol. 78 v̄.**

*DD. Iudices propius examinantes statutum per-
tinentis ad Dispensatorium , quod xxix Aprilis ,
cId Id c xxxvi (supra fol. 21 regestum)
emanavit, interpretamenti vice explicuerunt, Com-
posita in isto ipso DISPENSATORIO (quo
antedictum statutum vergit) proposita, modo dūta-
nat inibi præscripto faciendâ esse . Tamen Pharma-
copœis licere præter ista nonnihil habere & asserva-
re in usum exteriorum aliorumque . Ita ratificatum
xxix Ianuarii , cId Id c xxxix .
Præsentib. ut in Regestis .*

Ex mandato eorundem D D.

D. MOSTART.

PHAR-

PHARMACOPOEIA
AMSTELREDAMENSIS.

SECTIO PRIMA,

De Medicamentis Simplicibus
in officinis asservandis.

Radices.

- | | |
|--|--|
| <p>A Cori, seu Calami
aromatici of
ficinarum.</p> <p>Alcannæ.</p> <p>Althææ.</p> <p>Angelicæ.</p> <p>Apii.</p> <p>Ari.</p> <p>Aristoloch. longæ.
rotundæ.
tenuis.</p> <p>Afari.</p> <p>Asparagi.</p> <p>Bardanæ, seu Lappæ
majoris.</p> <p>Bistortæ.</p> <p>Bryoniæ.</p> <p>Carlinæ.</p> <p>Caryophyllatæ.</p> <p>Cavæ.</p> | <p>Chinæ</p> <p>Consolidæ majoris.</p> <p>Contra-yervæ.</p> <p>Costi utriusque.</p> <p>Cucumeris asinini.</p> <p>Curcumæ.</p> <p>Cyclamini.</p> <p>Cynoglossi.</p> <p>Cyperii longi.
rotundi.</p> <p>Doronici Romani.</p> <p>Ebuli.</p> <p>Eryngii.</p> <p>Esulæ utriusque.</p> <p>Filicis.</p> <p>Fœniculi.</p> <p>Fraxinellæ, seu
Dictamni albæ.</p> <p>Galangæ.</p> <p>Gentianæ.</p> <p>Glycyrrhizæ.</p> <p>Graminis.</p> <p>Helenii.</p> |
|--|--|

A 5 Hel-

10 DE SIMPLICIBVS.

Hellebori albi.
 nigri.
 Hermodactylorum.
 Ialappæ.
 Imperatoriæ, seu
 Ostrutii.
 Iridis Florentinæ.
 Levistici.
 Mandragoræ.
 Mechoacanæ.
 Meii.
 Nymphææ.
 Ononidis.
 Osmundæ regalis.
 Pæoniæ.
 Pentaphylli.
 Petasitidis.
 Petroselinii.
 Peucedani.
 Phu, seu Valerianæ.
 Pimpinellæ.
 Polypodii querni.
 Pyrethri.
 Raphani.
 Rhabarbarum.
 Rhaponticum.
 Rubiæ tinctorum.
 Rusci.
 Saxifragiæ
 Scoti zoneræ.
 Scilla.
 Spica Nardi Celtica.
 Indica.
 Tormentillæ.
 Turbith.

Tussilaginis.
 Vincetoxici.
 Zarzæparillæ.
 Zedoariæ.
 Zingiberis.
His adnumerentur
Fungi.
 Agaricus.
 Auriculæ Iudæ.
 Orbicularis, *nostro*
idiomate Bovist.

Cortices.

A Rantiorum.
 Casia lignea.
 Cinamomum.
 Citrionum.
 Castanearum inte-
 riores.
 Fraxini.
 Glandium calices.
 Granatorum.
 Ligni Guajaci.
 Macis.
 Quercus.
 Rad. Capparum.
 Tamaritci.

Ligna.

A Loes.
 Aspalathum.
 Guajacum.
 Moluccense, seu
 Panava.

Ne-

Nephriticum.	Dictamni Creticæ.
Rhodium.	Epithymi.
Santalum album.	Erysimi.
citrinum.	Eupatorii aquatici,
rubrum.	<i>seu</i> Cannabini.
Saffafras.	Euphragiæ cum flor.
Visci quercini.	Fumariæ.
<i>Folia</i> , &	Gallitrichi, <i>seu</i>
<i>Herba</i> .	Scarleæ.
A Brotani maris.	Hyperici summitates.
Abinthii vulgaris, <i>seu</i> latifolii.	Hyssopi.
Romani, <i>seu</i> tenuifolii.	Lauri.
Adianti albi.	Lupuli.
Agrimoniæ.	Majoranæ.
Alchimillæ.	Malvæ.
Althææ.	Marrubii, <i>seu</i> Prasii.
Anethi summitates.	Matricariæ.
Artemisiæ.	Melissæ.
Betonicæ.	Menthastri.
Botryos.	Menthæ fativæ.
Bursæ pastoris.	aquaticæ.
Calaminthæ.	Mercurialis.
Capilli Veneris.	Musci quercini.
Cardui benedicti.	Myrti.
Caudæ equinæ.	Nepetæ.
Centaurii minoris summitates.	Nicorianæ.
Chamædryos.	Origani Cretici.
Chamæpityos.	vulgaris.
Cuscutæ cum floribus.	Parietariæ.
	Persicariæ.
	Phyllitidis, <i>seu</i>
	linguæ Cervinæ.
	Pilosellæ.
	Pimpinellæ.

Polii

Polii montani.
 Polygoni.
 Polytrichi, seu
 Trichomanis.
 Pulegii.
 Pulmonariæ.
 Pyrolæ.
 Quercus.
 Ribesii nigri.
 Rorismarini.
 Rutæ.
 Rutæ murariæ, seu
 Salviæ vitæ.
 Sabinæ.
 Salviæ.
 Saniculæ.
 Saturejæ.
 Scabiosæ.
 Scolopendrii, seu
 Ceterach.
 Scordii.
 Senæ.
 Serpylli.
 Soldanellæ.
 Solidaginis Sarace-
 nicæ.
 Thymi cum florib.
 Tuſſilaginis.
 Verbaſci.
 Verbenæ.
 Veronicæ.
 Violariæ.
 Virgæ aureæ.

Flores.

B Alauſtia.
 Betonicae.
 Borriginis.
 Bugloſſæ.
 Calendulæ.
 Caryophylleus.
 Chamæmeli romani.
 vulgar.
 Cheiri.
 Crocus.
 Cyani, seu Frumen-
 ti.
 Lavendulæ.
 Malvæ arboreæ.
 Meliloti.
 Nymphææ albæ.
 Pæoniæ.
 Papaveris erratici.
 Rorismarini.
 Roſarum rubrarum.
 Salviæ.
 Sambuci.
 Schœnanthum.
 Stœchadis.
 Tiliæ.
 Verbaſci.
 Violarum.

Semina.

A Cetosæ.
 Agni caſti.
 Althææ.
 Ammios.

Amomi.

Amomi.	Fumariæ.
Anethi.	Genistæ.
Anisi.	Grana Paradisi.
Rosarum, seu Anthera.	Hordeum integrum. mundatū.
Apii.	Hyoscyami albi.
Aquilegiæ.	Hyperici.
Asparagi.	Lactucæ.
Atriplicis.	Levistici.
Bardanæ.	Lini.
Berberorum.	Lupini.
Bombacis.	Malvæ.
Cannabis.	Melonum.
Cardamom. minus.	Milii Solis.
Cardui benedicti.	vulgaris.
Carei.	Napi.
Cicer rubrum.	Nasturtii.
Citri.	Nigellæ.
Citrulli.	Nuclei ceraforum persicorum pinei.
Cnici, seu Carthami.	Ocimi.
Coriandri.	Oleris atris.
Cubebe.	Orobi.
Cucumeris.	Pæoniæ.
Cucurbitæ.	Papaveris albi. nigri.
Cumini.	Petrofelini Maced. vulgar.
Cydoneorum.	Plantaginis.
Daçylorum ossa.	Portulacæ.
Dauci Cretici. vulgaris.	Psyllii.
Endiviæ.	Raphani.
Erucæ.	Rusci.
Fœniculi dulcis. vulgaris.	Rutæ.
Fœnugræci.	Sam-

Sambuci.	Glandes.
Santonici.	Iujubæ.
Saxifragiæ.	Kermes grana, seu
Scariolæ.	Coccus Baphicæ.
Seselios Massiliens.	Mespila immatura.
Sileris montani.	Myrobal. Belliricæ.
Sinapi.	Chebulæ.
Sophiæ.	Citrinæ.
Staphidis agriæ.	Emblicæ.
Sumach.	Indæ.
Thlaspios.	Nux Cupressi.
Vrticæ.	Moschata.
	Pistachia.
	Vomica.
	Passulæ majores.
	minores.
	Piper album.
	longum.
	nigrum.
	Pruna.
	Sebesten.
	Siliquæ dulces.
	Tamarindi.

Fructus.

Alkekengi, seu
 Halicacabi.
 Amigdalæ amaræ.
 dulces.

Anæardi.
 Baccæ Hederæ.
 Iuniperi.
 Lauri.
 Mezeræi.
 Myrti.
 Sambuci.

Capita Papaveris.
 Carpobalsamum.
 Caryophylli.
 Casia fistularis.
 Colocynthis.
 Dactyli.
 Ficus.
 Gallæ.
 Garyophylli Plinii.

Farinæ.

FAbarum.
 Fœnuçræci.
 Hordei.
 Lupinorum.
 Rad. Althææ.
 Consolidæ maj.
 Seminum Lini.
 Volatilis.

Succæ

Succi liquidi.

A Grestæ, seu
 Omphacium.
 Berberorum.
 Cydoneorum.
 Fumariz.
 Granatorum.
 Limonum.
 Rosarum pallidar.

*Succi condensati**Gummi & Resina.*

A Bfinthii vulgaris
 succus.
 Acacia vera.
 Aloë hepatica.
 Socotorina.
 Ammoniacum.
 Amylum.
 Asa fœtida.
 Balsam. Peruvianum
 album.
 nigrum.
 Copa. yvæ.
 Bdellium.
 Benzoinum.
 Bitumen Iudaicum.
 Caphura.
 Colophonia.
 Elaterium.
 Eupatorii aquatici
 succus.
 Euphorbium.

Galbanum.
 Ghitta jemou, seu
 Gutta gamba.
 Glycyrrh. succus.
 Gum. Anime.
 Arabicum.
 Caranna.
 Elemni.
 Hederæ.
 Tacamahaca.
 Hypocistid. succus.
 Lacca.
 Ladanum.
 Liquid-Ambar.
 Manna.
 Mastiche.
 Myrrha.
 Opium.
 Opobalsamum.
 Opopanax.
 Pix.
 Resina Abietina.
 Laricea.
 Pini.
 Terebinth.
 Saccharum album.
 rubrum.
 cantum album.
 rubrum.
 Sagapenum.
 Sandaracha Arabum,
 seu Gummi Iuni-
 perinum.
 Sanguis Draconis.
 Sarcocolla.
 Scam-

Scammonium.	Ebur.
Syrax Calamita. liquida.	Hirci Sanguis præ- paratus.
Succinum album. citrinum.	Ichthyocolla.
Tartarum Vini albi.	Lucii mandibulæ.
Thus.	Lumbrici terræ.
Tragacanthum.	Mel.

*Animalia, co-
rum Partes, &
Excrementa.*

A Deps Anatis.	Serici folliculi.
Anseris.	Sevum hircinum.
Canis.	Sperma Ceti.
Cervi.	Spodium ex ebore.
Felis.	Vngula Alcis.
Gallinæ.	Vnicornu.
Hominis.	Zibettum.
Taxi.	
Vrfi.	

Axungia Porci.
Bezaar Occidentalis.
Orientalis.

Cancrorum fluviati-
lium Oculi.

Cantharides.

Castoreum.

Cera alba.
flava.

Cornu Cervi.

Cranium Hominis
violenta morte
extincti.

*Mineralia,
Metalla, Lapides.*

Æ Rugo.
Æs ustum.

Alumen rupeum.
plumeum.
ustum.

Antimonium.

Argentum foliaceū.
vivum.

Arsenicum album.

Auripigmentum.

Aurum foliaceum.

Bolus

Bolus Armenia. vulgaris. alba.	Sal Armeniacus. Gemmæ. Petræ, seu Ni- trum.
Borax.	Sapphirus.
Calx viva.	Sardus.
Cerussa.	Smaragdus.
Chalcitis.	Sublimatum.
Chalybs.	Sulphur.
Chryfocolla.	Terra Lemnia.
Cinnabaris.	Topafius.
Cryftallus.	Tutia officinarum.
Granatus.	Vitriolum album.
Hyacinthus.	Hungaricum.
Lapis Armenius.	Romanum.
Calaminaris.	Vitrum Antimonii.
Hæmatites.	
Lazuli.	
Lithargyrus argenti. auri.	<i>Marina.</i>
Magnes.	A mbra grifea.
Minium.	Blatta Byzantia.
Osteocolla.	Coralli albi.
Plumbum uftum.	rubri.
Pompholyx, seu Ni- hili album.	Corallina.
Rubinus.	Margaritæ.
	Pumex.
	Spongia.

B SECTIO

S E C T I O II.

De Aquis, & Acetis.

Aquæ Simples Stillatiæ.

A Cerosæ.	Florum Sambuci.
Betonicæ.	Tiliæ.
Boraginis.	Fumarisæ.
Caprifolii.	Hyssopi.
Cardui benedicti.	Lactucæ.
Chelidonii majoris.	Melissæ.
Cichorei.	Menthæ.
Cochleariæ.	Papaveris erratici.
Euphrasiæ.	Petroselinii.
Fœniculi.	Plantaginis.
Flor. Fabarum.	Portulacæ.
Lavendulæ.	Pulegii.
Liliorum con-	Solatri.
vallium.	Spermatis Ranarum.
Rosarum.	

Omnes hæ Aquæ destillabuntur more consueto, in vase aëneo, aut terreo, pro materia destillandæ qualitate; sed imprimis cavendum ab empyreumate.

*Aqua Centaurii minoris.**Graminis.*

℞. Herbæ Centaurii minoris, vel Radicum Graminis q. s.

Contusa macerentur affusâ aqua ad eminentiam

DE AQVIS, & ACETIS. 19

nentiam duorum digitorum cum tantillo salis, & putrescant per aliquot dies, donec subacefcent: postea destillentur in B. M. usquedum dimidium aqua affusa exstillarit.

Aqua Cinamomi.

℞. Cinamomi contusi Libram unam & semis.
Aquæ Hordei Libras octo.
Destillentur s. a.

Aqua Mellis.

℞. Mellis q. s.

Vt repleatur decima pars cucurbita ampla terrea, vel vitrea cum Alembico vitreo, & Balneo bulliente destilletur phlegma, seu Aqua Mellis. Cum autem gutta incipiunt acefcere, vase arena imposto, aucto igne liquor secundus, & tertius extrahantur.

AQVÆ COMPOSITÆ.

Aqua Alexipharmaca.

℞. Nucum Juglandium cum corticibus mense Iunio collectarum Libras quatuor.

B 2

Herb.

20 DE AQVIS, & ACETIS.

Herb. Cardui benedicti,
Melissæ,
Rutæ,
Scabiosæ,
Scordii, ana Vncias quatuor.

Destillentur s. a. cum q. s. Aceti.

Aqua Ant-epileptica.

℞. Rad. Pæoniæ maris ficcatarum Li-
bram semis.

Angelicæ,

Fraxinellæ,

Fol. Origani Cretici,

Rutæ,

Salviæ, ana Vnciam unam.

Flor. Pæoniæ maris,

Betonicæ,

Liliorum convallium,

Rorismarini,

Tiliæ, ficcatorum,

Sem. Ammios Orientalis,

Nigellæ, ana Vnciam semis.

Pæoniæ Vncias duas.

Casiæ lignæ,

Caryophyllorum,

Cardamomi minoris,

Nucis moschatæ,

Olei Vitrioli, ana Drachmas duas.

*Pulverandis crasse pulveratis affundantur
Spiritus Vini Libra decem, macerentur per
æctiduum vase bene clauso: deinde colentur
per*

DE AQVIS, & ACETIS. 21

per setaceum densissimum: colatura servetur in vitreo nimbo probe obturato.

Aqua Anti-nephritica.

- ℞. Rad. Raphani sylvestris Vncias quat.
Glycyrrhizæ,
Ononidis,
Petroselini,
Pimpinellæ, ana Vncias duas.
Ligni Nephritici interioris,
Sassafras, ana Vncias tres.
Fol. Hederæ terrestris Manip. quat.
Ribesiorum nigrorum,
Betonicæ,
Chærefolij,
Fragariæ, ana Manipulos duos.
Sem. Fœniculi,
Vrticæ,
Bacc. Alkekengi, ana Vncias duas.
Iuniperi Vnciam unam.

Macerentur in succi Hedera terrestris & Vini albi Rhenani ana q. s. per tres dies. Deinde s. a. destillentur, & servetur aqua usui in nimbo vitreo bene obturato.

Aqua Anti-paralytica.

- ℞. Rad. Salsæ parillæ,
Ligni Guajaci, ana Libram unam & semis.
Sassafras Vncias tres.
B 3 Herb.

22 DE AQVIS, & ACËTIS.

Herb. Betonice,
 Calaminthæ montanæ,
 Chamædryos,
 Chamæpityos,
 Hyssopi,
 Majoranæ,
 Origani,
 Prasii,
 Primulæ veris,
 Pulegii,
 Rorismarini,
 Salviæ,
 Serpylli,
 Thymi,
 Flor. Calendulæ,
 Stœchados, ana Manipulum
 unum.

Bacc. Iuniperi Vnciam unam.

*Infundantur triduo in q. s. Spiritus Vini, ut
 supereminat quatuor digitos: deinde s. a. de-
 stillentur. Liquori destillato iterum per diem
 naturalem infundatur*

Rad. Costi amari,
 Pyrethri,
 Zingiberis,
 Sem. Sinapi albi,
 Caryophyllorum,
 Piperis,
 Cinamomi,
 Styracis Calamitæ,
 Castorei, ana Drachma una

*Destillentur s. a. & aqua stillatita usui ser-
 vetur in vitreo nimbo probe obturato.*

Aqua

Aqua Hysterica.

- ℞. Rad. Bryoniæ ficcatarum,
 Bacc. Sambuci maturarum, lento
 furni calore exficcatarum,
 & à spiritibus mundatarum,
 ana Vncias duas.
- Fol. Artemisiæ,
 Dictamni Creticæ,
 Matricariæ,
 Nepetæ,
 Ocni,
 Pulegii,
 Rutæ,
 Sabinæ, in umbra ficcatorum,
 ana Vnciam semis.
- Cort. Arantiorum exteriorum ficca-
 torum Vnc. unam & semis.
- Myrrhæ,
 Castorei, ana Drachmas tres.
 Croci Drachmam unam.

*Pulverata macerentur per octiduum in Spi-
 ritus Vini Libris quatuor: deinde colentur per
 setaceum densissimum: colatura seruetur in
 umbo vitreo diligenter obturato.*

Aqua Theriacalis.

- ℞. Cort. Citriorum exterior. ficcator.
 Radicum Petasitidis,
 B 4 Rad.

24 DE AQUIS, & ACETIS:

Rad. Glycyrrhizæ,
Pimpinellæ,
Tormentillæ, ana Vnc. duas;
Angelicæ,
Dictamni albæ,
Gentianæ,
Imperatorizæ,
Vincetoxici,
Zedoariæ,

Fol. Cardui benedicti,

Rutæ,
Scabiosæ,

Scordii, ficator. an. vnc. unam.

Sem. Acetosæ,

Cardui benedicti, ana Vnciam
semis.

Croci Britannici Drachmas duas.

*F. omnium pulvis crassus, maceretur per
octiduum in B. M. cum Spiritus Vini Libris
duodecim, vase bene clauso: deinde colentur
per setaceum densissimum: colatura adde*

Theriacæ veteris Vncias tres,

Olei Sulphuris per campanam destil-
lati Drachmas duas.

Serventur in vitreo nimbo bene obturato.

Aqua Vitæ composita.

℞. Cinamomi Vncias tres.

Santalorum omnium, ana Drach. sex.

Rad. Caryophyllatæ,

Galangæ,

Zingiberis,

Cort.

DE AQVIS, & ACETIS. 25

Cort. Arantiorum,
Citriorum, exterior. ficator.
ana Drach. duas & semis.

Nucis moschatæ,
Cardamomi minoris,
Macis, ana Drachmas tres.
Sem. Anifi,

Dauci Cretici,
Fœniculi dulcis,
Ocimi, ana Drachmam unam
& semis.

Fol. Majoranæ,
Salviæ,
Saturejæ, ana Vnciam semis.

Flor. Caryophylleorum fragrantium,
Rorismarini,
Rosarum rubr. a. Drach. duas.

*F. omnium pulvis crassus: cujus dimidia
pars obſiduo maceretur in Spiritus Vini Libris
tribus: dein fiat colatura per densum seta-
ceum.*

Alteri dimidia addantur

Puly. Diāmarginitōn frigidi,
Diambæ, ana Drachm. tres.

*Macerentur in simili quantitate Spiritus Vi-
ni & colentur ut ante: colatura indantur,*

Ambæ griseæ,
Moschi, in nodulo ligatorum, ana
Scrupulus semis.

Iulapii Rosacei Vnciæ sex.

*Viraque colatura seorsim in nimbo vitreo ob-
turato seruetur.*

DE ACETIS.

Acetum Calendulae.
Lavendulae.
Rosaceum.
Sambucinum.

Fiunt omnia eodem modo :

℞. Florum mediocriter ficcatorum q. v.
Aceti Vini q. f.

*Infolentur astivis caloribus in vase vitreo, vel
fibili vitreato oris angusti per dies quadraginta,
aut plures : deinde reponantur usui.*

Acetum Scilliticum.

℞. Radicum Scillæ in taleolas secta-
rum, filo trajectarum, & modicè
exficcatarum, Libram unam.
Aceti Vini Libras octo.

Infolentur, colentur, reponantur ut antè.

SECTIO

S E C T I O III,

De Syrupis, Mellitis, & Rob.

Syrupus Aceti.

℞. Sacchari clarificati, & ad consisten-
tiam tabellati cocti, Libras
quatuor.

*Illi affunde, & permisce in vase fictili
Aceti Vini albi q. s.*

*Vt sine coctione redigantur agitando in Sy-
rupum.*

Syrupus succi Acetosæ.

℞. Sacchari clarificati, ad consisten-
tiam tabellati cocti, 4 libras
quatuor.

*Illi affunde, & permisce in vase fictili
Succi Acetosæ per subsidentiam de-
purati, & colati, q. s.*

*Vt sine coctione agitando s. a. redigantur in
consistentiam Syrupi.*

Syrupus Agrestæ.

℞. Sacchari clarificati, & ad consisten-
tiam tabellati cocti, Libras quat.

III

Illi affunde, & permisce in vase fictili

Succi Agrestæ recentis, non faliti, q. s.

Vi sine coctione agitando s. a. redigantur in consistentiam Syrupi.

Eodem modo fiunt :

Syrupus Cydoneorum.

Granatorum acidorum.

Limonum.

Syrupus Cochleariæ.

℞. Sacchari clarificati, & ad consistentiam tabellati cocti, Libras quatuor.

Aquæ stillatitiæ Cochleariæ q. s.

Vi sine coctione agitando s. a. redigantur in Syrupum.

Iulapium Rosaceum.

℞. Sacchari clarificati, ad consistentiam tabellati cocti, Libras duas.

Illi affunde, & permisce

Aquæ Rosarum q. s.

Vi agitando sine coctione redigantur in consistentiam Syrupi dilutioris.

Syrupus

Syrupus Violaceus simplex.

℞. Sacchari ad consistentiam tabellati
cocti Libras duas.

Illi affunde

Infusionis florum Violarum recen-
tium, à caliculis mundato-
rum, q. s.

*Ut agitando sine coctione redigantur in consi-
sistentiam Syrupi.*

Syrupus Absinthii compositus.

℞. Absinthii Romani ficcati Vncias sex.
Rosarum rubrarum Vncias duas.
Spicæ Nardi Indicæ Drachm. tres.

*Contusa macerentur horis viginti qua-
tuor in*

Vini albi veteris, ac odori,
Succi Cydoneorum depurati, ana
Libris tribus.

*Coquantur igne lento ad medias: deinde co-
lentur. Colaturæ clarificatæ addantur*

Mellis despumati, & ad consisten-
tiam cocti,

Sacchari albi, ana Libra una.

Coquantur denuo in Syrupi consistentiam.

Syrupus

Syrupus Althææ Fernelii.

- ℞. Radicum Althææ Vncias duas.
 Cicerum rubrorum Vnciam unam.
 Rad. Asparagi,
 Glycyrrhizæ rasæ,
 Graminis,
 Vvarum passerarum ab arillis expurga-
 tarum, ana Vnciam semis.
 Summitatum Althææ,
 Herb. Adianti utriusque,
 Malvæ,
 Parietarizæ,
 Pimpinellæ,
 Plantaginis, ana Manipulum
 unum.
 Seminum quatuor frigidorum
 majorum,
 minorum, contusorum, ana
 Drachma tres.
Coquantur in aqua s. q. ad tertia partis con-
sumptionem. Colatura cum
 Sacchari albi Libris quatuor,
Coquantur in Syrupum.

Syrupus Artemisiæ Fernelii.

- ℞. Rad. Fœniculi,
 Helenii,
 Iridis,
 Levistici,
 Pœoniæ,

Pæoniæ,
Rubiæ tinctorum, ana Vnciam
semis.

Herb. Artemisiæ Manipulos duos.

Betonicæ,
Calaminthæ,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyssopi,
Hyperici,
Majoranæ,
Matricariæ,
Melissæ,
Nepetæ,
Origani,
Prælii,
Pulegii,
Sabinæ, ana Manipul. unum.

Sem. Anisi,
Dauci,
Fœniculi,
Nigellæ,
Ocimi,
Petroselini,
Rutæ, ana Drachmas tres.

*Contusa, & incisa macerentur horis viginti
quatuor in*

Hydromelitis dilutioris q. s.

Coquantur s. a. & cum

Sacchari Libris quinque,

*Denuo percoquantur in Syrupum, condien-
dum*

Cinamomi Vnciâ unâ.

Spicæ Indicæ Drachmis tribus.

Syrupus

Syrupus succi Betonicæ.

℞. Succi Betonicæ depurati Libr. tres.
 Sacchari albi Libr. unam & semis.
Coquantur in Syrupi consistentiam.

Eodem cum præcedenti modo fiunt :

Syrupus Borriginis.

Cardui benedicti.

Cichorei simplex.

Scabiosa.

Syrupus Botryos.

℞. Herb. Botryos Manipulos tres.
 Erysimi,
 Vrticæ, ana Manipulos duos.
 Caulium rubrorum,
 Tussilaginis, ana Manipulum
 unum & semis.

Coquantur in s. q. aqua: colature adde
 Sacchari albi Libras duas & semis.
Clarificata coquantur in Syrupum.

Syrupus Byzantinus.

℞. Succ. Apii,
 Intybi sativi, ana Libr. duas.
 Buglossæ,

Buglossæ,

Lupuli, ana Libram unam.

*Coquendo purgentur dum clarescant, & cum
Sacchari Libris tribus*

Percoquantur in Syrupum.

Syrupus Capillorum Veneris.

℞. *Herbæ Capilli Veneris recentis, &
parùm incisæ Vncias quinque.*

Rad. Glycyrrhizæ rasæ Vnc. duas.

*Macerentur viginti quatuor horis in s. q.
aqua calenti: deinde bulliant s. a. Colatura
clarificata Libris quinque adde*

Sacchari Libras quatuor.

Coquantur in Syrupum.

Syrupus Cichorei cum Rhabarbaro.

℞. *Rad. Apii,
Asparagi,
Fœniculi, recentium, ana Vn-
cias duas.*

*Herb. Cichorei,
Endiviæ fativæ,
Taraxaci, ana Manip. duos.
Fumariæ,
Hepaticæ, seu Lichenis,
Lactucæ,*

C

Lupu-

DE SYRVPIS.

Lupulorum,
 Sonchi lævis, ana Manipulum
 unum.

Capilli Veneris,
 Hordei integri, ana Vnciam unam
 & semis.

Fructuum Alkekengi,
 Glycyrrhizæ rasæ, ana Drach. sex.

*Coquantur in s. q. aqua ad tertia partis
 consumptionem: deinde percolentur, adden-
 doque*

Sacchari albi Libras quatuor,

Clarificata coquantur in Syrupum.

Interea

℞. Rhabarbari electi Vncias quatuor.
 Spicæ Nardi Indicæ Drach. duas.

*Infundantur in s. q. decocti præscripti: post
 leuem ebullitionem colatura fortiter expressa
 misceatur Syrupo sub finem coctionis.*

Syrupus Diacnicu.

℞. Rad. Angelicæ,
 Apii,
 Asparagi,
 Fœniculi, recentium,
 Glycyrrhizæ, ana Vnc. unam.
 Polypodii quercini Vnciam u-
 nam & semis.

Cort. Tamarisci Vnciam semis.

Herb.

Herb. Adianti,
 Buglossæ,
 Chamædryos,
 Chamæpityos,
 Hyssopi,
 Origani,
 Scelopendrii,
 Thymi, ana Manipul. semis.
 Cuscutæ,

Fruct. Alkekengi, ana Vnc. semis.
 Vvarum passarum ab arillis expur-
 gatarum Vncias duas.

Sem. Cnici contusorum Vnc. quatuor
 & semis.

Anisi,
 Ammios,
 Dauci,
 Fœniculi, ana Vnciam unam.

*Coquantur in s. q. aqua ad tertiâ partis con-
 sumptionem: colatura adde*

Sacchari albi clarificati Libr. duas.

Percoquantur in consistentiam Syrupi.

Interea

R̄. Foliorum Senæ mundatorum Vnc.
 quatuor.

Rhabarbari electi Vnciam unam &
 semis.

Agarici trochiscati Vnciam semis.

Zingiberis Drachmam unam.

*Macerentur calide per noctem in s. q. de-
 cocti præscripti. Sequenti die leviter ebulliant:
 colentur, & exprimantur. misceanturque Sy-
 ruspo sub finem coctionis.*

C 2

Syrupus

Syrupus Diacodion.

℞. Capita Papaveris albi sine femi-
bus, Viginti.
Siliquarum dulcium sine granis,
Vncias tres.

Rad. Althææ,

Glycyrrh. rasæ, ana Vnc. duas.

Coquantur s. a. in s. q. aqua. Colatura
expressa adde

Sacchari canti rubicundi Libram
unam & semissem.

Coquantur ad consistentiam Mellis, seu Sy-
rupi spissioris.

Syrupus Fumarie.

℞. Rad. Polypodii quercini Vnc. duas.
Herb. Abinthii Romani,

Cuscutæ,

Endiviæ,

Scolopendrii,

Lupuli, ana Manipul. unum.

Epithymi Vnc. unam & semis.

Coquantur in aqua s. q. ad medias: cola-
tura adde

Succ. Fumarie Lib. unam & semis.

Borraginis,

Buglossæ, ana Libram semis.

Sacchari albi Libras quatuor,

Percogantur in Syrupum.

Syrupus

Syrupus Glycyrrhizæ.

- ℞. Rad. Glycyrrhizæ rasæ Vnc. duas.
 Herb. Tussilaginis Manip. quatuor.
 Capilli Veneris Vnc. unam.
 Hyssopi Vnciam semis.

*Macerentur horis viginti quatuor in s. q.
 aqua: deinde coquantur ad consumptionem
 partis dimidia: colatura adde*

Mellis optimi despumati,
 Sacchari albi, ana Libram unam,

Percuantur in Syrupum.

Syrupus Hyssopi.

- ℞. Herb. Hyssopi siccatae Vnc. unam &
 semis.
 Capilli Veneris Drach. sex.
 Rad. Apii,
 Fœniculi,
 Petroselinî, recentium,
 Glycyrrhizæ rasæ, ana Drach.
 decem.

Iujubas,
 Sebesten, ana Triginta.
 Ficus Pingues,
 Dactylos pingues, ana Decem.
 Vvarum passarum ab arillis expur-
 gatarum Vnc. unam & semis.
 Hordei mundati Vnciam semis.

C 3

Sem.

Sem. Cydoneorum.

Malvæ, ana Drachmas tres.

Coquantur in f. q. aqua : colatura adde

Sacchari albißimi Libras tres.

Clarificata coquantur in Syrupum.

Syrupus Injubinus.

Rx. Injubarum Sexaginta.

Hordei mundati,

Radicum Glycyrrhizæ rasæ,

Herb. Capilli Ven. ana Vnc. unam.

Florum Violarum,

Sem. Malvæ, ana Drach. quinque.

Cydoneorum,

Lactucæ,

Melonum,

Rx. Papaver. albi, an. Drach. tres.

*Coquantur in f. q. aqua ad consumptionem
medietatis : colatura adde*

Sacchari clarificati Libras duas.

Percoquantur in Syrupum.

Syrupus Menthæ.

Rx. Succ. Menthæ Libram unam.

Cydoneorum,

Granatorum acidorum, depu-
ratorum,

Infusionis Rosarum rubrarum, ana

Libram semis.

Sacchari

Sacchari albi,
Mellis despumati, ana Libr. unam
& semis.

*Decoquantur s. a. in Syrupum, sub finem
coctiois condendum*

Pulveris Diarrhodon Abbatis in no-
dulo ligati, Vnciâ semis.

Reponatur in usum.

Syrupus Myrtinus.

℞. Bacc. Myrti Vncias duas & semis.
Mespilorum immatur. Libr. semis.
Sem. Oxyacanthæ, seu Berberi,
Sumach, seu Rhois obsonior.
Balauftiorum,
Rosarum rubrarum,
Santali albi,
rubri, ana Vnciam unam &
semis.

*Contusa coquantur in aqua s. q. ad tertia
partis consumptionem: expresso adde*

Sacchari clarificati Libras quinque.

*Percogantur denuo ad spissiore consisten-
tiam, sub finem addendo*

Succi Cydoneorum,
Granatorum acidorum, depura-
torum, ana Libras duas.

Fiat s. a. Syrupus.

Syrupus Papaveris.

℞. Caputum Papaveris albi maturorum,
& ficcatorum, Vncias decem.

Coquantur in aqua s. q. ad medias : colatura adde

Sacchari albi Libras duas & semis.

Percquantur in Syrupum.

Syrupus Papaveris erratici.

℞. Florum Papaveris erratici recentium Libras tres.

Coquantur s. a. in s. q. aqua : colatura deinde fortiter expressa adde

Sacchari albi clarificati Libras tres.

Percquantur in Syrupum.

Syrupus Portulacæ.

℞. Succ. Portulacæ Libram unam.

Bellidis,

Fragariæ,

Lactucæ,

Plantaginis,

Sempervivi medii,

Violaræ, depuratorum, ana

Vncias duas.

Sem. Cydoneorum Drachmas duas,

Sacchari albi Libras duas.

Coquantur in Syrupum.

Syrupus

Syrupus Quinque Radicum.

℞. Rad. Apii,
 Asparagi,
 Fœniculi,
 Petroselini,
 Rusci, recentium, ana Vncias
 quatuor.

*Coquantur in s. q. aqua: colatura adde
 Sacchari albi Libras quatuor.*

Clarificata percoquantur in Syrupum.

Syrupus Rosarum siccatarum.

℞. Rosarum rubrarum siccatarum Li-
 bram unam.

*Macerentur calide horis viginti quatuor in
 aqua tepida s. q. Colatura expressa adde
 Sacchari albi Libras duas.*

Percoquantur in Syrupum.

Syrupus Rosarum solutivus.

℞. Infusionis Rosarum pallidarum no-
 vies iteratæ Libras quinque.
 Sacchari clarificati Libras quatuor.

Coquantur in Syrupum.

C 5

Syrupus

*Syrupus Rosarum solutivus,
cum Sena.*

℞. Fol. Senæ mundatorum Vnc. octo.
Sem. Anisi,
Fœniculi dulcis, ana Vnciam
femis.

*Macerentur per biduum in Infusionis Rosa-
rum pallidarum multiplicis s. q. Colatura ex-
pressa adde*

Sacchari albi Libras duas.

Coquantur in Syrupum.

Syrupus Stœchadis.

℞. Flor. Stœchadis Vncias quatuor,
Herb. Betonicæ,
Calaminthæ,
Origani,
Thymi, ana Vnciam unam
& femis.

Salviæ,

Flor. Rorismarini, ana Vnc. femis.

Sem. Fœniculi,

Pæoniæ,

Rutæ, ana Drachmas tres.

*Coquantur in aqua s. q. ad medias : cola-
tura adde*

Sacchari albi,

Mellis optimi, ana Libras duas.

Clarificata coquantur in Syrupum.

Syrupus

Syrupus Symphyti Fernelii.

℞. Radicum, & Cymarum Symphiti
 majoris,
 Herb. Bellidis cum toto, ana partes
 tres.
 Betonicæ,
 Pimpinellæ,
 Plantaginis,
 Polygoni,
 Scabiosæ,
 Tussilaginis,
 Florum Rosarum rubrarum, ana par-
 tes duas.

*Ex omnibus virentibus tussis exprimat
 Succus, coquatur, despumetur, Ejus Libris tri-
 bus adde*

Sacchari albi Libras duas & semis.

Percoquantur in Syrupum.

Syrupus Violarum compositus.

℞. Foliorum Violarum virentium Ma-
 nipulos quinque.
 Sem. Cydoneorum,
 Malvæ, ana Drachm. septem.
 Iujubas,
 Sebesten, ana Viginti.

*Coquantur s. a. in Aqua Hordei s. q. Cola-
 tura adde*

Sacchari albi Libr. unam & semis.

Percoquantur in Syrupum.

Met

Mel Mercurialis.

℞. Succi Mercurialis deputati Libras tres.

Mellis optimi despumati Libras quatuor.

Coquantur lento igne in Syrupi consistentiam.

Mel Rorismarini.

℞. Summitatum Rorismarini cum floribus, in umbrâ ficcatarum, Libram unam.

Macerentur parum in seq. aqua : deinde cum

Mellis optimi despumati Libris tribus,

Coquantur lento igne, & calentia adhuc linteo percolentur.

Eodem modo fiunt:

*Mel Centaurii.**Rosarum.**Mel Rosarum solutivum.*

℞. Infusionis Rosarum pallidarum multiplicis Libras tres.

Mellis despumati Libras quatuor.

Coquantur in Syrupi consistentiam.

Oxymel

Oxymel simplex.

℞. Mellis optimi despumati q. v.

*Solvatur super cineres calidos in vase fictili:
soluto admisce*

Aceti Vini albi q. f.

*Vi agitando sine coctione redigas in consisten-
tiam Syrupi.*

Oxymel Scilliticum.

℞. Mellis optimi despumati q. v.

Solvatur ut dictum: soluto admisce

Aceti Scillini q. f.

*Vi sine coctione agitando recipient consisten-
tiam Syrupi.*

Diamoron Nicolai.

℞. Succi Mororum immaturorum Celsi,
Rubi,

ana Libram unam.

Mellis optimi despumati Libram
unam & semis.

Coquantur s. a. in Syrupum spissorem.

Rob

*Rob Acaciae vulgaris, seu
Prunellorum sylvestrium.*

Rx. Fruct. Prunellorum sylvestrium im-
maturorum q. f.

*Coquantur ad mollitiem: trajiciatur pulpa
per cribrum: trajecta Libra uni adde*

Sacchari puri Libras duas.

Coquantur in consistentiam Rob.

Rob Berberorum.

Ribesiorum.

Rx. Succu Berberorum, vel
Ribesiorum expressi Libras
duas.

Sacchari albi Libram unam.

Coquantur in consistentiam Rob.

SECTIO

SECTIO IV,
De Conditis, & Conservis.

Condita.

Radices

Acori vulgaris.
Cichorei.
Enulæ campanæ.
Eryngii.
Satyrii.
Scorzoneræ.
Zingiberis.

Cortices

Arantiorum.
Citriorum.

Caules

Lactucæ.

Flores

Arantiorum.
Citriorum.

Fructus

Berberi.
Cerasa.
Cerasa amarena.
Myrobalani.
Nuces Juglandes.
Moschatæ.
Ribesij.
Caro, & Miva Cydo-
neorum.

Passulæ purgantes.

℞. Fol. Senæ mundatorum Vnc. octo.
Sem. Fœniculi dulcis Vnc. unam.

*Macerentur per noct. loco tepido in s. q. In-
fusionis Rosarum pallidarum multiplicis. Ma-
nè leviter ebulliant. Colatura expressa Libra
uni & semis adde*

Sacchari albi clarificati Libram unam
& semis,

Passularum Corinthiacarum munda-
tarum à fordibus Lib. unam.

Coquantur in Syrupum spissum.

Cor-

Conseruæ.

<i>Florum</i>	<i>Florum</i>
Betonica.	Rorismarini.
Borraginis.	Salvia.
Calendulæ.	Symphyti.
Caryophylleorum.	Violarum.
Cichorei.	<i>Herbarum</i>
Euphrasiæ.	Absinthii Romani.
Malvæ.	vulgaris.
Nymphææ.	Acetosæ.
Pæoniæ.	Melissæ.
Rosarum pallidarū.	Menthæ.
rubrarum.	Trifolii acetosi.

*Sicciorum singulis Libris addantur Sacchari
Libra tres. Humidorum vero singulis Libris
Sacchari Libra dua.*

Saccharum perlatum.

Rx. Sacchari albissimi Libram unam.
Aquæ Rosarum pallidarum q. s.
*Coquantur in consistentiam tabellarum, sub
nem coctionis immiscendo*
Margarit. præp. & trit. Vnc. semis.
Projice super marmor, & forma Tabellas.

Saccharum Althææ.

Rx. Pulpæ Rad. Althææ Vnc. tres.
Sacchari albissimi tenuissimè triti,
Libram unam.
Aquæ Rosacæ q. s.
F. s. a. Tabella.

SECTIO

SECTIO V,

De Electuariis Solutivis.

Benedictum laxativum.

- ℞. Rad. Turbith gummosarum ,
 Esulæ præparat. ana Drachmas
 decem.
 Hermodactylorum ,
 Scammonii præparati ,
 Florum Rosarum rubrarum , ana
 Drachmas quinque.
 Rad. Acori ,
 Galangæ ,
 Spicæ Nardi Indicæ ,
 Zingiberis ,
 Croci ,
 Macis ,
 Caryophyllorum ,
 Piperis longi ,
 Sem. Apii ,
 Asparagi ,
 Cardamomi minoris ,
 Carei ,
 Fœniculi ,
 Milii Solis ,
 Rusci ,
 Saxifragiæ ,
 Salis gemmæ, ana Drachm. unam.
 Mellis optimi despumati triplum.

F. s. a. Electuarium.

D

Conse-

Confectio Hamech.

- ℞. Foliorum Senæ mundatorum,
 Rad. Polypodii quercini,
 Rhabbarbari electi,
 Agarici albi, &
 Pulpæ Colecyntidis, in nodulo
 ligatorum,
 Florum Violarum,
 Herb. Epithymi, ana Vncias duas.
 Absinthii vulgaris,
 Thymi, ana Vnciam unam.
 Sem. Anisi,
 Fœniculi,
 Rosarum rubrarum, ana Vnc. semis.
Infunde, & decoque s. a. in s. q. Seri la-
ctis: colatura expressa adde
 Succi Fumarizæ depurati,
 Sacchari, ana Lib. unam & semis.
Decoctis ad mellis consistentiam, & personi-
tis adde
 Pulpæ Casizæ,
 Prunorum,
 Tamarindorum,
 Mannæ Calabrinæ, ana Vnc. unam
 & semis,
In debitam consistentiam reductis insperge
 Foliorum Senæ mundatorum,
 Rhabbarbari electi. ana Vnc. unam.
 Scammonii præparati Vnc. unam &
 semis.
- Sem.

SOLUTIVIS. 51

Sem. Fumarizæ,
Anisi,
Spiczæ Nardj Indicæ, a. Drach-
mas duas.

F. f. a. Electuarium.

Diacarthamum.

Rx. Medullæ Seminum Carthami,
Turbiti gummofi, ana Vnc. unam.
Hermodactylorum,
Scammonii præparati,
Glycyrrhizæ rasæ, ana Vnc. semis.
Zingiberis,
Cinamomi, ana Drachmas duas.
Mannæ electæ,
Mellis Rosacei, ana Vnciam unam.
Sacchari albi Succo Cydoneorum
soluti Libram unam.

F. f. a. Electuarium.

Diacatholicon.

Rx. Rad. Polypodii querni Vnc. quat.
Seminis Fœniculi Drachmas sex.
Coquantur f. a. ex f. g. aqua: colat. adde
Sacchari albi Libras duas.
Percquantur in Syrupum: in quo dissolve
Pulpæ Casiæ,
Tamarindorum, an. Vnc. duas.
Dissolutis adde
Fol. Senæ mundatorum Vnc. duas.

D 2

Rha-

Rhabbari electi,
 Mechoacanæ non cariosæ, ana Vn-
 ciam unam.

Sem. Anisi Vnciam semis.

Quatuor frigidorum majorum
 mundatorum,

Radicum Glycyrrhizæ rasæ,
 Florum Violarum, ana Drach. duas.

F. s. a. Electuarium.

Diaphœnicon.

℞. Pulpæ Dactylorum mundatorum, in
 aceto maceratorum, & cribro
 trajetorum, probè evaporatæ
 Libram unam.

Amygdalarum dulcium excorticata-
 rum Vncias tres.

Contusis, & permixtis adde

Mellis despumati Libras duas.

*Paululum coquantur: deinde insperge pul-
 veres sequentes:*

Turbith tenuissimè triti Vnc. quat.

Scammonii præparati Vnc. unam &
 semis.

Zingiberis,

Galangæ,

Ligni Aloës,

Cinamomi,

Macis,

Fol. Rutæ ficcatorum,

Piperis,

Sem.

Sem. Fœniculi,
Dauci, ana Drachmas duas.

F. s. a. Electuarium.

Diaprunum solutivum.

R̄. Pulp. Prunorum acido-dulcium in-
spissatæ Libram unam.
Tamarindorum,
Casiæ, in Decocto Prunorum
dissolutarum, ana Vnc. duas.
Sacchari clarificati Libras duas.

*Agitata simul coquantur ad spissitudinem:
deinde insperge pulveres sequentes:*

Scammonii præparati Vnc. duas.
Rhabarbari Vnciam unam.
Cinamomi Vnciam semis.
Flor. Violarum,
Rosarum rubrarum,
Sem. Cucumeris,
Portulacæ,
Succi Glycyrrhizæ, ana Drach. duas.
Santali Citrini,
Tragacanthi, ana Drachm. unam.

F. s. a. Electuarium.

Hiera Diacolocynthidos.

R̄. Pulpæ Colocynthidis,
Agarici,
Chamædryos,
Marrubii,
Stœchadis Arabicæ, an. Drach decem.
D 3 Opopa-

Opopanacis ,
 Sigapeni ,
 Aristolochiæ rotundæ ,
 Seminis Petrofelini ,
 Piperis albi. ana Drachm. quinque.
 Cinamomi ,
 Spicæ Nardi Indicæ ,
 Polii ,
 Croci ,
 Myrrhæ, ana Drachmas quatuor.
 Mellis despumati Libras tres.

F. s. a. Electuarium.

Hiera picra Galeni.

℞. Aloes Socotorinæ lucidæ Libram
 unam & unciam semis, seu
 Drachmas centum.

Cinamoni ,
 Ligni Aloes ,
 Rad. Afari ,
 Spicæ Nardi Indicæ ,
 Croci ,
 Mastiches, ana Drachmas sex.
 Mellis despumati triplum.

F. s. a. Electuarium.

Lenitivum.

℞. Vvarum passarum ab arillis munda-
 tarum Vncias duas.

Herb. Mercurialis Manipul. tres ,
 Capilli Veneris recentis ,
 Florum Violarum ,

Hordei

Hordei mundati, ana Manip. unum.
 Radicum Glycyrrhizæ rasæ,
 Seminis Fœniculi, ana Vnc. semis,
 Iujubas,
 Sebesten, ana Viginti,
 Prunorum,
 Tamarindorum, ana Vnciam unam.
 Rad. Polypodii querni recentium,
 Fol. Senæ mundator. ana Vnc. duas.

Coquantur f. a. ex aqua f. q. Colatura adde
 Pulpæ Casiæ,
 Tamarindorum,
 Prunorum, ana Vnc. quatuor.
 Sacchari albi Libram unam.
 Mellis optimi Libram semis.
 Foliorum Senæ mundatorum Vncias
 tres & semis.
 Seminis Anisi Drachmas tres.

F. f. a. Electuarium.

Succi Rosarum.

Rx. Succi Rosarum pallidarum recentium
 depurati,
 Sacchari albi, ana Libram unam &
 semis.

Coquantur f. a. sub finem inspergendo
 Scammonii præparati Vnc. unam &
 semis.
 Santalorum omnium,
 Cinamomi, exactè tritorum, ana
 Drachmas duas.

F. f. a. Electuarium.

SECTIO VI,
De Antidotis, & Opiatis.

Theriaca Andromachi Senioris.

- ℞. Trochiscor. Scilliticorum Vnc. sex.
 Viperinorum,
 Magmatis Hedychroi,
 Opii præparati,
 Piperis longi, ana Vncias tres.
 Radicum Iridis Florentinæ,
 Agarici albi. & levis,
 Cinamomi,
 Scordii Cretici, aut nostratis,
 Rosarum rubrarum,
 Seminis Buniadis, seu Napi,
 Olei Nucis moschatæ per expressio-
 nem, pro Opobalsamo,
 Succi Glycyrrhizæ, ana Vnciam u-
 nam & semis.
 Rad. Costi odorati,
 Pentaphylli,
 Rhapontici, *ejus defectu* Rha-
 barbari,
 Spicæ Nardi Indicæ,
 Zingiberis,
 Casiæ lignæ,
 Fol. Dictamni Creticæ,
 Calaminthæ montanæ,
 Marrubii,
 Schœnanthi,
 Stœchadis Arabicæ,
 Croci Britannici,

Pipe-

- Piperis albi,
 nigri,
 Sem. Petroselini Macedonici veri,
 Myrrhæ,
 Thuris masculi,
 Terebinthinæ Cypriæ, ana Drach-
 mas sex.
 Rad. Acori, seu Calami aromatici
 nostratis,
 Gentianæ,
 Meü Athamantici,
 Phu, seu Valerianæ,
 Spicæ Celticæ,
 Fol. Chamædryos,
 Chamæpityos,
 Lauri, pro Malabathro,
 Polii montani albi.
 Bacc. Juniperi recentiorum, pro
 Carpobalsamo,
 Sem. Ammios,
 Anisi,
 Cardamomi minoris,
 Fœniculi,
 Hyperici,
 Seseleos Massiliensis,
 Thlaspios,
 Garyophylli Plinii, pro Amomo,
 Boli Armen. veræ, pro Terra Lemnia,
 Chalcitidis tostæ donec cineritia fiat,
 Gummi Arabici vermiculati,
 Sagapeni,
 Styracis Calamitæ sinceræ,
 Succu Hypocistidis,
 Acaciæ veræ, ana Vnc. femis.
 Radicis Aristolochiæ tenuis,

Florum Centaurii minoris,
 Seminis Dauci Cretici,
 Opopanacis,
 Galbani,
 Castorei,
 Bituminis Iudaici, ana Drach. duas.
 Vini generosi Canarini q. f. liquan-
 dis gummi, & succis.
 Mellis Narbonensis triplum.

F. f. a. Opiatum.

Mihridatium Damocratis.

Rx. Croci Britannici,
 Myrrhæ,
 Thuris masculi,
 Zingiberis,
 Agarici albi, & levis,
 Spicæ Nardi Indicæ,
 Cinamomi,
 Sem. Thlaspios, ana Drach. decem.
 Seseleos Massiliensis,
 Costi odorati,
 Foliorum Lauri, *pro* Malabathro,
 Schœnanthi,
 Stœchadis Arabicæ,
 Piperis longi,
 Castorei,
 Styracis Calamitæ sinceræ,
 Galbani,
 Opopanacis,
 Succi Hypocistidis,
 Terebinthinæ Cypriæ,

Olei

ET OPIATIS. 59

Olei è Nuçe moschata expressi, *pro*
Opobalsamo, ana Drach. octo.

Casie lignee,

Poli montani albi,

Scordii Cretici, *aut* nostratis,

Piperis albi,

Bacc. Iuniperi, *pro* Carpobalsamo,

Seminis Dauci Cretici,

Bdellii,

Trochiscorum Cypheos, ana Drach-
mas septem.

Rad. Gentianæ,

Spicæ Celticæ,

Dictamni Creticæ,

Sem. Petroselini Macedonici veri,

Cardamomi minoris,

Fœniculi,

Rosarum rubrarum,

Gummi Arabici vermiculati,

Opii præparati, an. Drach. quinque.

Rad. Acori veri,

Afari,

Phu, *seu* Valerianæ,

Seminis Anisi,

Sagapeni, ana Drachmas tres,

Meii Athamantici,

Seminis Hyperici,

Acaciæ veræ,

Ventris Scinci, ana Drachmas duas
& semis.

Vini generosi Canarini q. s. liquandis
gummi, & succis.

Mellis Narbonensis triplum.

F. s. a. Opiatum.

Dia-

Diascordium Fracastorii.

- ℞. Foliorum Scordii ficcatorum ,
 Rosarum rubrarum , ana Vnc. unam.
 Boli Armeniæ veræ, Vncias duas.
 Rad. Bistortæ ,
 Gentianæ ,
 Tormentillæ ,
 Cassiæ lignæ ,
 Cinamomi ,
 Dictamni Creticæ ,
 Sem. Acetosæ.
 Styracis Calamitæ ,
 Galbani ,
 Gummi Arabici vermiculati , ana
 Vnciam semis.
 Opii præparati ,
 Zingiberis ,
 Piperis longi, ana Drachmas duas.
 Mellis despumati Libras tres.
 Vini generosi Canarini q. s.
F. s. a. Opiatum.

Theriaca Diatesaron Mesuei.

- ℞. Rad. Aristolochiæ rotundæ ,
 Gentianæ ,
 Baccarum Lauri ,
 Myrrhæ, ana Vncias duas.
 Mellis despumati Libras duas.
F. s. a. Electuarium.

Con-

Confectio Alkermes.

℞. Syrupi granorum Kermes Monte-
pessulo, aut Lugduno delati,
Libras duas & semis.

Calefacto adde

Ambrae griseae minutim incisae Drach-
mas duas.

*Liquefacta Ambra, insperge sequentia pul-
verata:*

Ligni Aloes,

Cinamomi, ana Drachmas sex.

Lapidis Lazuli præparati,

Margaritarum præparatarum, ana
Drachmas duas.

Foliorum Auri Drachmam unam.

F. s. a. Electuarium.

Confectio Hyacinthorum.

℞. Hyacinthorum,
Coralli rubri, ana Vnciam semis.
Boli Armeniæ veræ Vnciam unam.
Granorum Kermes,
Rad. Tormentillæ,
Diſtamni albæ,
Sem. Acetosæ,
Limonum,
Portulacæ,
Flor. Rosarum rubrarum,
Crocii,
Santalorum omnium,

Rasuræ

Rasuræ Eboris, ana Scrup. quatuor.
Cornu Cervi Drachmas tres.

Sapphiri,

Smaragdi,

Topasii,

Margaritarum,

Serici crudi,

Auri,

(duos.

Argenti, foliaceorum, ana Scrupulos

Syrupi Limonum q. s.

F. s. a. *Electuarium.*

Philonium Mesuæ.

℞. Seminis Hyoscyami albi,
Piperis albi, ana Drachm. viginti.
Opii præparati Drachmas decem.
Crocii Drachmas quinque.
Rad. Pyrethri,
Spicæ Nardi Indicæ,
Castorei, ana Drachmam unam.
Mellis despumati triplum.

F. s. a. *Opiatum.*

Requies Nicolai.

℞. Flor. Rosarum rubrarum,
Violarum, ana Drachm. tres,
Sem. Hyoscyami albi,
Lactucæ,
Papaveris albi,
Portulacæ,
Psyllii,
Scariolæ,

Cor

ET OPIATIS. 63

Corticum Radicum Mandragoræ,
Opium præparati,
Zingiberis,
Nucis moschatæ,
Cinamomi, ana Drachm. unam &
femis.
Santalorum omnium,
Spodii ex ebore usto,
Tragacanthi, ana Scrupulos duos.
Mellis despumati triplum.

F. s. a. Opiatum.

SECTIO

SECTIO VII,

De Pulveribus.

PVLVERES PVRGANTES.

Diasenæ Montagnanæ.

- ℞. Fol. Senæ mundatorum Vnc. duas.
 Cremoris Tartari Vnciam semis.
 Sem. Fœniculi dulcis Drach. duas.
 Macis,
 Cinamomi,
 Salis gemmæ, ana Drachm. unam.
F. Pulvis.

Diaturbith cum Rhabarbaro.

- ℞. Turbith gummosi,
 Hermodactylorum non exesorum,
 Rhabarbari electi, ana Vnc. unam.
 Scammonii præparati, Vnc. semis.
 Santali albi,
 rubri,
 Zingiberis,
 Florum Violarum, ana Drachmann
 unam & semis.
 Mastiches,
 Seminis Anisi,
 Cinamomi,
 Croci Britannici, ana Drach. semis.
F. Pulvis.

Hieræ

Hieræ simplicis Galeni.

℞. Aloes Socotorinæ lucidæ Drachmas
centum.

Cinamomi,

Ligni Aloes,

Rad. Afari,

Spicæ Nardi Indicæ,

Croci,

Mastiches, ana Drachm. sex.

F. Pulvis.

PVLVERES AROMATICI.

Aromaticus Rosaceus Gabrielis.

℞. Rosar rubrar. Drach. quindecim.
Glycyrrhizæ rasæ Drach. septem.
Cinamomi electi Drach. quinque.

Ligni Aloes,

Santali citrini, ana Drach. tres.

Gummi Arabici,

Tragacanthi,

Macis,

Caryophyllorum, ana Drachmas
duas & semis.

Spicæ Nardi Indicæ,

Nucis Moschatæ,

Cardamomi minoris,

Galangæ, ana Drachmam unam.

F. Pulvis.

E

Dia-

Diacalaminthes.

- ℞. Herb. Calaminthæ montanæ,
 Origani,
 Pulegii,
 Sem. Petroselini Macedonici,
 vulgaris,
 Seseleos, ana Drachm. duas.
 Apii,
 Cymarum Thymi, ana Vnc. semis.
 Piperis nigri.
 Sem. Ligustici, ana Vnciam unam.
 F. Pulvis.

Diagalangæ Mesuæ.

- ℞. Radicum Galangæ,
 Ligni Aloes, ana Drachmas sex.
 Rad. Calami aromatici,
 Zingiberis,
 Cinamomi,
 Macis,
 Caryophyllorum,
 Piperis albi,
 longi,
 Sem. Cumini,
 Levistici.
 Cort. Arantiorum exteriorum,
 Citriorum exterior. ficator.
 ana Drach. unam & semis.
 Herb. Calaminthæ,
 Menthæ, ficcatarum,
 Spicæ Indicæ,
 Sem.

Sem. Anisi,
 Apii,
 Cardamomi minoris,
 Carei,
 Fœniculi, ana Drach. unam.

F. Pulvis.

Diaireos simplex.

℞. Rad. Iridis Florentinæ ꝛnc. semis.
 Sacchari canti albi,
 Pulveris Diatragacanthi frigidi, ana
 Drachmas duas.

F. Pulvis.

Dialaccæ major.

℞. Laccæ præparatæ,
 Rhabarbari,
 Schoenanthi, ana Drachmas tres.
 Rad. Aristolochiæ rotundæ,
 Asari,
 Costi,
 Gentianæ,
 Rubiæ tinctorum,
 Spicæ Nardi Indicæ,
 Casiæ lignæ,
 Cinamomi,
 Croci,
 Herb. Sabinæ,
 Hyssopi,
 Succu Absinthii condensati,
 Eupatorii aquat. condensati,
 Amygdalarum amararum,

E 2

Sem.

Sem. Ammios,
Anisi,
Apii,
Fœniculi,

Bdellii,
Mastiches,
Myrrhæ, ana Drach. unam & semis.
Piperis.
Zingiberis, ana Drachmam unam.

F. Puluis.

Diamargariton frigidus.

℞. Margarit. splendor. Drach. tres.
Ligni Aloes,
Santalorum omnium,
Cinamomi,

Sem. quatuor frigidorum minor.
Papaveris albi,

Baccarum Myrti,
Flor. Buglossæ,
Nimphææ,
Rosarum rubrarum,
Violarum,

Cornu cervi crudi, pro Offe cordis
Cervi,

Rasuræ Eboris, ana Drachm. unam.

Coralli albi,
rubri, ana Drachm. semis.

F. Puluis.

Diambra Mesuei.

℞. Rad. Doronici Romani,
Galangæ,

Cina-

Cinamomi,
 Caryophyllorum,
 Nucis moschatæ,
 Macis,
 Foliorum Lauri, pro Malabathro, ana
 Drachmas tres.
 Zingiberis Drach. unam & semis.
 Ligni Aloes,
 Santali citrini,
 Cardamomi minoris,
 Piperis longi, ana Drachmas duas.
 Spicæ Nardi Indicæ,
 Ambræ griseæ, ana Drachm. unam.

F. Pulvis.

Dianthos Nicolai.

℞. Flor. Rorismarini Vnciam unam.
 Rosarum rubrarum,
 Violarum,
 Rad. Glycyrrh. rasæ, an. Drach. sex.
 Galangæ,
 Zedoariæ,
 Zingiberis,
 Ligni Aloes,
 Cinamomi,
 Caryophyllorum,
 Nucis moschatæ,
 Macis,
 Spicæ Indicæ,
 Sem. Anethi,
 Anisi,
 Cardamomi minoris, ana Scru-
 pulos quatuor.

F. Pulvis.

E 3

Dian-

Diarrhodon Abbatis.

- ℞. Rosar. rubrar. Vnc. unam & semis.
 Santali albi,
 rubri, ana Drachmas duas &
 semis.
 Xyloaloes,
 Gummi Arabici,
 Tragacanthi,
 Spodii ex ebore, ana Scrup. duos.
 Rad. Afari,
 Rhabarbari,
 Spicæ Indicæ,
 Cinamomi,
 Croci.
 Caryophyllorum,
 Fructuum Berberorum,
 Sem. Acetosæ,
 Anisi,
 Cardamomi minoris,
 Endiviæ,
 Fœniculi.
 Lactuæ,
 Ocimi,
 Portulacæ,
 Scariolæ.
 Succu Glycyrrhizæ,
 Mastiches, ana Scrupulum unum.
 Cornu Cervi crudi.
 Margaritarum albarum, ana Scrupu-
 lum semis.

*F. Pulv.**Dia-*

Diatrágacanthi frigidus.

℞. Gummi Tragac. albi Vnc. semis.
 Arabici vermiculati Drach-
 mas duas & semis.

Amyli Drachmam unam.

Radicum Glycyrrhizæ rasæ,

Sem. Citrulli,

Cucumeris,

Cucurbitæ,

Melonum mundatorum, ana

Drachmam semis.

Sacchari canti albi Drachmas sex.

F. Pulvis.

Exiguam quantitatem præscripsimus, quia
 compositio ob semina frigida majora intra
 tertium mensem rancida fit, & ingrata. Quæ
 causa est, quod in cæteris quoque compositio-
 nibus ea omiserimus.

Diatrionsantalon Nicolai.

℞. Trium Santalorum,

Rosarum rubrarum,

Sacchari canti albi,

Sem. Lactuæ,

Portulacæ,

Scariolæ, ana Drachm. tres.

Rhabarbari.

Spodii ex ebore,

Succi Glycyrrhizæ, ana Drachmas
 duas & semis.

Gummi Arabici,

Trágacanthi,

Amyli, ana Drach. unam & semis.

F. Pulvis.

E 4

Pulvis

Pulvis Liberans.

- ℞. Boli Armeniae verae Drachm. sex.
 Rad. Tormentillae Drachm. duas.
 Sem. Acetosae,
 Cardui benedicti,
 Citri,
 Coriandri praeparati,
 Endiviae.
 Rutae, ana Drachmam unam
 & semis.
 Santalorum omnium,
 Rad. Dictamni albæ, a. Drach unam.
 Caryophyllatae, pro Behen,
 Doronici Romani,
 Zedoariae,
 Ligni Aloes,
 Cassiae lignae,
 Cinamomi,
 Cardamomi minoris,
 Flor. Buglossae,
 Crocii,
 Macis,
 Nimphaeae,
 Rosarum,
 Margaritarum,
 Coralli albi,
 rubri,
 Succini,
 Hyacinthi,
 Granati,
 Rasurae Eboris,
 Cornu Cervi,
 Spodii ex ebore usto,

Fol-

AROMATICIS. 73

Folliculorum Serici crudi conciso-
rum, ana Drachmam semis,

F. Pulvis.

Pulvis Nephriticus.

Rx. Ligni Nephritici veri,
Radicum Glycyrrhizæ rasæ,
Nucl. Perficorum, ana Vnc. unam.
Sem. Milii Solis,
Saxifragiæ, ana Vnc. semis,
Apii,
Carei,
Dauci,
Fœniculi,
Genistæ,
Lappæ majoris,
Levisticæ,
Petroselinæ Macedonici,
Sileris montani,
Vrticæ Romanæ,
Rad. Asari,
Zingiberis, ana Drach. duas.
Spicæ Indicæ,
Ligni Sassafras,
Schœnanthi,
Succini,
Oculorum Cancræ, ana Drachmam
unam & semis.
Lapidis Prunellæ,
Tartari vitriolati, ana Drachmas
duas & semis.

F. Pulvis.

E 5

PVL-

Cremor Tartari.

℞. Tartari Rhenani albi pulverati, &
aliquoties abluti q. v.

*Coquatur lento igne cum s. q. aqua in vase
fictili vitreato, usquedum cuticula in superfi-
cie appareat; qua rudiculâ ligneâ colligenda,
exsiccanda super chartam bibulam, laviganda,
& nimbo vitreo asservanda.*

Crystalli Tartari.

℞. Tartari Rhenani albi pulverati, &
aliquoties abluti q. v.

*Bulliat cum multa aqua, coletur s. a. expona-
tur frigori per noctem, aut diutius, & crystalli
lateribus vasorum accrescent, quos effusâ aquâ
collige, exsicca, & in vitreis asserva.*

Tartarum Vitriolatum.

℞. Olei Tartari per deliquium facti, &
purificati q. v.

*Instilletur illi paulatim in vitreo nimbo
amplo.*

Olei Vitreoli pars dimidia:

*Precipitabitur statim in coagulum albissi-
mum, quod, supernatante liquore a lento igne in
vapores resolute, ad siccitatem salis reducatur.*

Flores

Flores Sulphuris.

Rx. Sulphur. flavi à sordib. purgati q. v.
*Indatur vasi terreo, & in arena sublimetur
 in aliud vas superpositum, & allutatum.*

Lapis Prunelle.

Rx. Salis Nitri puri q. v.
*Incandescat, & liquefiat in crucibulo; li-
 quefacto injice per intervalla portiunculam Flo-
 rum Sulphuris, quoad Nitrum à sordibus repur-
 gatum, & limpidum appareat. Tum effundat-
 ur in aliud vas, ut congeletur in lapidem cry-
 stallinum: quem in aqua bulliente dissolves:
 dissolutum per manicam, aut chartam bibulam
 linteo suffultam filtrabis, & in loco frigido con-
 gelabis: congelatum in crucibulo liquefacies, &
 cum Floribus Sulphuris depurabis ut ante:
 hasque operationes ter ad minimum repetes.*

*Magisterium Corallorum.**Margaritarum.**Oculorum Cancri.*

Rx. Corallorum, aut
 Margaritarum, aut
 Oculorum Cancrorum fluvialium,
 subtilissimè tritorum, Vnc. unam.
*Affunde in phiala ampla,
 Aceti destillati q. s.*

Mox

76 DE PVLVER. CHYMIC.

Mox sponte effervescent: ubi efferbuerint, liquor limpidus supernatans per chartam bibulam coletur, & in patella porcellana dicta, evaporet, bacillo ligneo subinde movendo, donec pulvis albus & solubilis fiat; qui rursus abluatur aqua Boraginis, filteretur, coletur, & evaporet.

Mercurius Præcipitatus.

*R̄. Argenti vivi partem unam.
Aquæ Fortis partes duas.*

Solvantur super cineres tepentes in phiala vitrea donec mortificentur: deinde evaporent valido igne ad siccitatem usque.

*Sal Absinthii.**Cardui benedicti.**Fabarum.*

Herba siccata exuruntur in cineres albos, ex quibus per aquam calentem salsedo extrahitur, & fit lixivium, quod filtrandum, & lento carbonum igne exsiccandum in salem: qui, ut prior reddatur, iterum solvendus, filtrandus, & coagulandus.

SECTIO

SECTIO VIII, De Trochiscis.

Agaricus Trochiscatus.

℞. Agarici albi, & levis Vncias tres.
Cum s. q. Vini Canarini, cui Zingiberis
Drachma dua sint infusa, cogantur s. a. in
Trochiscos.

Trochisci albi Rhazis, seu Sief album.

℞. Cerussæ aqua rosacea lotæ Drach-
mas decem.
Amyli Drachmas quatuor.
Gummi Arabici,
Tragacanthi, an Drach. duas.
Caphuræ Drachmam semis.
Cum Albumine ovi F. Trochisci.
Qui cum opio volet, addat ejus Drachmam
unam.

Trochisci Albandal.

℞. Pulpæ Colocynthis albæ & levis,
à seminibus purgatæ, minutim
concisæ, & cum s. q. Olei Rosa-
cei pulveratæ, Vnc. decem.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Bdellii, ana Drachmas sex.

Pulve-

78 DE TROCHISCIS.

Pulveratis omnibus extrahatur ex Gummi Tragacanthi portione per s. 9. Aqua Rosacea ea mucilaginis quantitas, quæ reliqui pulveres commode in pastam redigi possint, ex qua deinde formentur Trochisci in umbrâ siccandi.

Trochisci Alkekengi.

- ℞. Fructuum Alkekengi Drach. tres.
 Boli Armeniæ veræ Vnciam unam.
 Gummi Arabici,
 Tragacanthi,
 Sanguinis Draconis in lacrymis,
 Thuris,
 Amyli,
 Succii Glycyrrhizæ,
 Amygdalarum amararum,
 Nucleorum Pini,
 Sem. Papaveris albi, ana Drach. sex.
 Citrulli,
 Cucurbitæ,
 Melonum, ana Drachmas tres
 & semis.
 Apii,
 Hyoscyami,
 Succini,
 Opii præparati, ana Drach. duas.
Cum Succo Alkekengi F. Trochisci.

Trochisci Bechici albi.

- ℞. Sacchari albissimi Libram unam.
 Canti albi,
 Penidiati, an. Vnc. quatuor.
 Radi-

DE TROCHISCIS. 79

Radicum Iridis Vncias duas.
Amili Vnciam unam & semis.

*Cum Mucilaginis Tragacanthi albi Aqua
Rosacea extracta s. q. F. Trochisci parvi.*

Trochisci Capparum.

- ℞. Corticum Radicum Capparum,
Gummi Ammoniaci,
Sem. Agni casti, ana Drachm. sex.
Nasturtii,
Nigellæ,
Fol. Calaminthæ,
Rutæ,
Rad. Acori,
Aristolochiæ rotundæ,
Amygdalarum amararum,
Succi Eupatorii aquatici condensati,
ana Drachmas duas.
Radicum Cyperi rotundi,
Fol. Scolopendrii, ana Drach. unam.
*F. Trochisci cum Ammoniaco predicto in
Aceto dissoluto.*

*Trochisci Cypheos pro
Mithridatio.*

- ℞. Pulpæ Vvarum passarum albarum,
& Pinguium,
Terebinthinæ Cypriæ, an. Vnc. tres.
Myrrhæ.
Schœnanthi, an. Vnc. unam & semis.
Cinamomi Vnciam semis.
Rad. Acori veri Drachmas novem.
Cype-

Cyperi rotundi,
 Spicæ Nardi Indicæ,
 Casiæ ligneæ,
 Baccarum Iuniperi,
 Bdellii, ana Drachmas tres.
 Ligni Aspalathi, aut Aloes, Drachm.
 duas & semis.
 Croci Drachmam unam.
 Mellis optimi despumati,
 Vini Canarini, ana q. f.
Ad formandos Trochiscos.

*Trochisci Hedychroi Galeni
ad Theriacam.*

℞. Ligni Aspalathi, aut Santali citrini,
 Herbarum Majoranæ,
 Mari Syriaci,
 Rad. Afari, ana Drachmas duas.
 Acori,
 Costi odorati,
 Phu Pontici,
 Ligni Aloes,
 Cinamomi,
 Schœnanthi,
 Olei Nucis moschatae, a. Drach. tres.
 Casiæ ligneæ,
 Spicæ Nardi Indicæ,
 Foliorum Lauri,
 Croci,
 Myrrhæ, ana Drachmas sex.
 Garyophyllorum Plinii Vnc. unam
 & semis.
 Mastiches Drachmam unam,
 Vini

DE TROCHISCIS. 81

Vini Canarini q. s.

*F. Trochisci in umbra siccandi, & Oleo dicto
inungendi.*

Trochisci Myrrhæ.

Rx. Myrrhæ electæ Drachmas tres.
Lupinorum mundatorum Drachm.
quinque.
Radiciſ Rubiæ tinctorum,
Fol. Menthaſtri,
Pulegii cervini,
Rutæ,
Seminis Cumini,
Aſæ foetidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, ana Drachmas duas.

Cum Succo Artemiſiæ F. Trochisci.

Trochisci Rhabarbari.

Rx. Rhabarbari electi Drachm. decem.
Succi Eupatorii aquatici condensati
Vnciam ſemis.
Flor. Roſarum rubrarum Drach. tres.
Rad. Afari,
Rubiæ tinctorum,
Spicæ Nardi Indiæ,
Fol. Abſinthii,
Sem. Aniſi,
Apii, ana Drachmam unam.
Amygdalarum amararum, Vnc. ſemis.

Cum Succo Abſinthii Romani F. Trochisci.

F Tro.

Trochisci Scillitici ad Theriacam.

Rx. Scillam recentem candidissimam,
corticosa parte, & radice ligno-
sa privatam.

Involve Farinã tritici subactã, & fermentata; deinde sub cineribus, aut in clibano assentur, donec massa crustam duriusculam undique contraxerit, ac festuca lignea Scilla corpus per rimas crusta prompte penetret. Tum crusta triticea separata,

Rx. Medullæ Scillæ diligenter lævigatæ
Libram unam.

Far. Orobi, vel Lupinor. Vnc. octo.

Mixta, simulque trita redige in pastillos in umbra siccandos.

Trochisci Terræ sigillatæ.

Rx. Terræ sigillatæ, ejus loci Boli Armeniæ veræ, Vnciam semis.

Acaciæ veræ,

Hypocistidis,

Sanguinis Draconis in lacrymis,

Gummi Arabici assati,

Amyli assati,

Lapidis Hæmatitidis,

Coralli rubri,

Succini,

Spodii ex ebore,

Ba'austiorum,

Rosarum rubrarum,

Antheræ,

DE TROCHISCIS. 83

Antheræ, seu Seminis Rosarum,
Seminum Portulacæ affatorum,
Nucum Cupressi,
Cornu Cervi usti,
Thuris masculi,
Crocī,
Opii præparati, ana Drachm. duas.
Seminum Papaveris nigri,
Margaritarum,
Gummi Tragacanthi, ana Drachm.
unam & semis.

Cum Succo Plantaginis F. Trochisci.

Trochisci Viperini ad Theriacam.

Ex Italia Venetiis, aut Patavio: ex Gallia
Pictavio peti debent.

F 2 SECTIO

SECTIO IX,
De Pilulis.

Pilula Aloëphangina.

℞. Rad. Acori,
Asari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Ligni Aloes,
Santali citrini,
Cinamomi,
Macis,
Nucis moschatæ,
Caryophyllorum,
Carpobassami, aut Baccharum Juniperi,
Cubebæ,
Cardamomi minoris,
Schoënanthi, ana Vnciam semis,
Rosarum rubrarum,
Absinthii, ana Drachmas duas.

Ex hisce extrahatur per Spiritum Vini Tinctura in vase bene clauso: in qua dissolvatur Aloes lucidæ purissimæ Libra una.

Deinde super cineres calidos leniter siccantur in consistentiam pilularum, sub finem addendo

Mastiches,
Myrrhæ, pulveratarum, a. Vnc. semis.
Crocii Drachmas duas.

F. Massa.

Pilula

Pilula Agarici.

- ℞. Agarici Trochiscati Drachm. tres.
 Turbith gummosi Drach. quinque.
 Pulveris Hieræ simplicis Galeni Vn-
 ciam semis.
 Trochiscorum Alhandal,
 Myrrhæ, ana Drachmas duas.
 Mastiches,
 Radicis Iridis Florentinæ,
 Fol. Marrubii. ana Drachm. unam.
Cum Vino Canarino F. Massa.

Pilula Aureæ.

- ℞. Aloes lucidæ,
 Scammonii præparati, ana Drachm.
 quinque.
 Rosarum rubrarum,
 Sem. Apii, an. Drach. duas & semis.
 Anisi,
 Fœniculi, ana Drach. unam &
 semis.
 Croci,
 Mastiches,
 Trochisc. Alhandal, ana Drach. unam.
Cum Melle Rosaceo F. Massa.

Pilula Cochicæ.

- ℞. Pulveris Hieræ simplicis Galeni
 Drachmas decem.
 F 3 Tro-

Trochiscorum Alhandal Drachmas
tres & semis.

Scammonii præparati Drachmas
duas & semis.

Turbith gummosi,

Flor. Stœchadis, ana Drach. quinque.

Cum Syrupo à Stœchade F. Massa.

Pilulæ Cynoglossi.

℞. Radicum Cynoglossi ficcatarum,
Seminis Hyoscyami albi,
Opii præparati, ana Vnc. semis.
Myrrhæ Drachmas sex.
Thuris masculi Drachm. quinque.
Crocij,
Castorei,
Styracis Calamitæ, an. Drach. duas.

Cum Aqua Rosarum F. Massa.

Pilulæ Extracti catholici.

℞. Pulpæ Colocynthis Drachm. sex.
Agarici albi,
Hellebori nigri,
Pulveris Diarrhodôn Abbatis, ana
Vnciam semis.

*Ex hisce extrahatur Tinctura per Spiritum
Vini: cui percolata adde pulverum*

Aloes lucidæ Vnciam unam.

Scammonii præparati Vnc. semis.

Evaporent in Extracti consistentiam.

Pilula

Pilulæ Fœtidæ majores Mesuæ.

- ℞. Trochiscorum Alhandal.
 Aloes lucidæ,
 Ammoniæ,
 Opopanacis,
 Sagapeni,
 Myrrhæ,
 Epithymi,
 Seminis Rutæ, ana Drach quinque.
 Scammonii præparati Drach. tres.
 Rad. Turbith gummosarum Drach.
 quatuor.
 Esulæ minoris,
 Hermodactylorum, an. Crach-
 mas duas.
 Zingiberis Drachmam unam
 & semis.
 Spicæ Nardi Indicæ,
 Cinamomi,
 Croci,
 Castorei, ana Drachmam unam.
 Euphorbii triti Scrupulos duos.
Cum Succo Foliorum Porri F. Massa.
 Inservire etiam possunt pro Pilulis ex
 Hermodactylis.

Pilulæ Hieræ cum Agarico.

- ℞. Pulveris Hieræ simplicis Galeni,
 Agarici Trochiscati, ana Vnc. semis.
 Aloes lucidæ Vnciam unam.
Cum Melle Rosaceo F. Massa.
 F 4 *Pilula*

Pilulæ Lapidis Lazuli Mesuei.

℞. Lapidis Lazuli pulverati, & sæpius
abluti, Drachmas sex.

Epithymi,

Radicum Hellebori nigri,

Agarici Trochiscati, an. Vnc. unam.

Scammonii præparati,

Salis gemmæ, ana Drachmas duas
& semis.

Caryophyllorum,

Seminis Anisi, ana Vnciam semis.

Pulveris Hieræ simplicis Galeni
Drachmas quindecim.

Cum Succo Fumariæ F. Massa.

Pilulæ Landani Opiati.

℞. Opii Thebaici puri, Spiritu Vini
dissoluti, cocti parum, & per-
colati, Vnciam unam.

*Misceatur cum Tinctura per Spiritum Vini
extracta ex*

Pulveris Diambriæ Vnciâ dimidiâ.

*Evaporent in consistentiam pilularum, sub
finem addendo*

Croci Britannici Drachmam unam.

Castorei Drachmam semis.

Servetur Massa usui.

Pilulæ

Pilulæ Mastichinæ.

- ℞. Mastiches Vnciam semis.
 Agarici Trochiscati Drachm. tres.
 Aloes lucidæ Drachmas decem.

Cura Succo Absinthii F. Massa.

Pilulæ Nitri Alex. Tralliani.

- ℞. Salis Nitri purificati.
 Euphorbii triti, ana Drachm. unam.
 Scammonii præparati,
 Trochiscorum Alhandal,
 Radicum Hellebori nigri,
 Aloes lucidæ,
 Myrrhæ,
 Gummi Arabici, ana Drachm. duas.

Cum Succo Brasica, & Melle cocto

F. Massa.

Pilulæ Pestilentialia communes.

- ℞. Aloes lucidæ Vncias duas.
 Myrrhæ Vnciam unam.
 Croci Vnciam semis.

Cum Vino Canarino F. Massa.

Pilulæ Sine quibus.

- ℞. Aloes lucidæ Drach. quatuordecim.
 Scammonii præparati Drachm. sex.

F 5

Agarici

Agarici Trochiscati,

Rhabarbari,

Fol. Senæ mundatorum, ana Vnciam
semis.

Myrobalanorum citrinarum Drach-
mas duas.

Herb. Abfinthii,

Flor. Violarum,

Rosarum rubrarum,

Cuscutæ,

Mastiches,

Salis gemmæ, ana Drachm. unam.

*Cum Succo Fœniculi, & Euphrasie
F. Massa.*

SECTIO

SECTIO X,

De Oleis.

OLEA PER EXPRESSION.

Oleum Amygdalarum dulcium.

℞. Amygdalas dulces ficcatas, non rancidas, q. v.

Minutissime contusas panno aspero cannabino inde, & sine igne pralo sensim Oleum exprime.

Oleum.

Amygdalarum amararum.
Laurinum genuinum, quod ex Insulis Fortunatis.

Macis.
Nucis Juglandis.
Moschatæ.

Ovorum.
Olivarum maturarum.
Olivar. immaturarum, seu Omphacinum.
Palmæ, quod ex Indiis, & Guinea.

Sem. Erucæ,
Hyoscyami,
Lini,
Nigellæ,
Papaveris.

*Quorum omnium preparatio, ut nota, omit-
tatur.*

OLEA

OLEA PER INFUSIONEM,
&
DECOCTIONEM.

Oleum Absinthii.

℞. Comarum Absinthii virentis incisarum, & contusarum, Vncias quatuor.

Olei Omphacini Libras tres.

Macerentur per quindecim dies in nimbo vitreo ad Solem, vel loco calido; ter repetendo Comarum infusionem; & ultima infusioni addendo

Succi Absinthii Vncias quatuor.

Coquantur leviter ad Succi consumptionem.

Oleum

Anethinum, ex foliis & floribus.

Chamæmelinum, ex floribus.

Cydoneorum, ex Malis Cydoneis non excorticatis, & Oleo Omphacino.

Hyperici, ex summitatibus & floribus.

Keyrinum, ex floribus Leucoii lutei.

Liliorum alborum, ex floribus.

Majoranæ nobilis.

Menthæ crispæ sativæ cum Omphacino.

Neperæ.

Nymphææ, ex flor. albis & Omphacino.

Rosaceum completum, ex Rosis apertis & Oleo maturo.

Rosa-

Rofaceum omphacinum, ex Rofis rubris
nondum penitus apertis, & Oleo om-
phacino.

Rutaceum.

Scorpionum simplex, cum Oleo Amyg-
dalarum amararum.

Solani, ex foliis & baccis, cum Oleo Ro-
faceo omphacino.

Trifolii odorati, ex foliis & floribus.

Violaceum, ex floribus & Omphacino.

Verbasci, ex floribus & Oleo maturo.

*Quorum omnium compositio, ut notissima,
præteritur.*

Oleum Capparium.

℞. Cort. Rad. Capparium Vnc. unam.
Tamarisci,

Radicum Cyperi,

Seminis Agni casti,

Fol. Scolopendrii, seu

Ceterach, ana Drachm. duas.

Rutæ, Drachmam unam.

Aceti Vini,

Vini optimi, ana Vncias duas.

Olei maturi Libram unam.

*Coquantur in duplici vase ad consumptionem
Vini & Aceti, colentur, & exprimantur.*

Oleum Castorei.

℞. Castorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,

Opo.

Opopanax,
 Euphorbii,
 Cafia lignea,
 Rad. Costi,
 Cyperi,
 Pyrethri,
 Spica Nardi Indica,
 Foliorum Sabinæ,
 Croci,
 Schœnanthi,
 Cubebarum,
 Piperis longi,
 nigri, ana Drachmas duas.
 Olei Libras tres.
 Vini odoriferi Libras duas.

*Terendis tritis macerentur omnia simul in
 Vino per diem naturalem : coquantur cum
 Oleo in diplomate ad Vini consumptionem : co-
 lentur, & exprimantur.*

*Oleum Crocinum pro Emplastro
 è Ranis.*

℞. Croci Britannici,
 Cardamomi,
 Radicum Acori, ana Vnciam unam.
 Myrrhæ Vnciam semis.

*Infundantur Aceto per sex dies : dein adde
 Olei Olivarum Libram unam &
 semis.*

*Coquantur lento igne ad Aceti consumptionem,
 colentur, & exprimantur.*

Oleum

Oleum Euphorbii.

- ℞. Euphorbii Vnciam semis.
 Olei Keyrini,
 Vini odori, ana Vncias quinque.
Coquantur ad consumptionem Vini.

Oleum Iridinum.

- ℞. Radicum Iridis recentium contusa-
 rum Libram semis.
 Florum Iridis cæruleæ recentium
 Libram unam.
 Decocti, vel Succu aliarum Radicum
 Iridis Libram unam.
 Olei Olivarum Lib. tres & semis.
*Coquantur in vase duplici ad liquoris con-
 sumptionem: colentur, exprimantur.*

*Oleum Lumbricorum terre-
 strium.*

- ℞. Lumbricorum terrestrium Vino ge-
 nerofo albø lotorum. Lib. semis.
 Olei Olivarum Libras duas.
 Vini albi Vncias quatuor.
*Bulliant ad Vini consumptionem, colentur, ex-
 primantur.*

Oleum

Oleum Mastichinum.

℞. Mastiches electæ Vncias tres.
 Olei Rosacei Libram unam.
 Vini odori Vncias duas.

*Coquantur in diplomate ad consumptionem
 Vini: colentur, & exprimantur.*

Oleum Mucaginum.

℞. Rad. Althææ recentium incifarum
 Vncias quatuor.
 Scillæ recentis contusæ Vn-
 ciam unam.
 Sem. Fœnugræci,
 Lini, integrorum, ana Vnciam
 unam & semis.

*Macerentur in s. q. aqua: deinde leniter co-
 quantur, donec remittant crassam, & viscosam
 mucilaginem: cui adde*

Olei Anethini,
 Chamæmelini,
 Liliorum alborum, ana Vnc.
 sexdecim,

*Coquantur simul ad humiditatis aqueæ con-
 sumptionem, subinde agitando ne adurantur.*

Oleum

Oleum Myrtillorum.

- ℞. Baccarum Myrti ficcatarum confra-
ctarum Libram semis.
Olei Omphacini Libr. unam &
semis.
Vini rubri austeri Vncias quatuor.

*Macerata coquantur ad Vini consumptionem:
colentur, exprimantur.*

Oleum Nardinum.

- ℞. Spicæ Nardi Vncias tres.
Fol. Majoranæ Vncias duas.
Lauri,
Ligni Aloes,
Rad. Calami aromatici,
Cyperii,
Helenii,
Cardamomi,
Macis,
Schoenanthi, ana Vnciam unam &
semis.
Vini albi,
Aquæ communis, ana Vncias qua-
tuordecim.
Olei Olivarum Libr. quatuor &
semis.

*Coquantur in duplici vase s. a. colentur, ex-
primantur.*

G

Oleum

Oleum Vulpinum.

℞. Vulpem excoriatam, exenteratam,
ossibus confractis, & contulis,
minutim concisam.

*Coquantur in Aqua marina, vel alterius
salita q. s. Ex dimidio cocta adde*

Olei veteris Libras quatuor.

Herb. Anethi,

Origani,

Thymi, ana Libram semis.

*Coquantur denuo donec caro ab ossibus sepa-
retur, & aqua consumatur: colentur, expri-
mantur.*

OLEA PER DESTIL-
LATIONEM.*Oleum.*

Baccarum Iuniperi.

Caryophyllorum.

Cinamomi.

Ligni Rhodii.

Macis.

Majoranæ.

Nucis moschatæ.

Origani Cretici.

Rorismarini.

Spicæ.

Sem. Anethi.

Anisi.

Carei.

Carei.

Fœniculi.

*Omnia hac olea per Vesicam destillentur
s. a. præmissa debita simplicium cum s. q.
aqua maceratione.*

*Oleum Corticum Arantiorum.
Citriorum.*

℞. Corticum recentium q. v.

*Macerentur donec putruerint : deinde cum
s. q. aqua destillentur per Vesicam.*

Oleum Cerae.

℞. Cerae partem unam.

Arenæ partes tres.

*Liquefactâ Cerâ , & admixtâ arenâ de-
stillentur ex Retorta per gradus ignis.*

*Oleum Laterum , seu
Philosophorum.*

*℞. Lateres , aut tegulas rufas anti-
quas, q. v.*

*Contusas , & vebementer excandefactas re-
stinguito in*

Oleo claro veteri.

*Quo imbutas in tenuissimum pulverem
conterito , Retorta indito , & igne aperto de-
stillato extrahe Oleum.*

G 2

Oleum

Oleum Succini.

Rx. Succini albi, vel flavi q. s.
Ut repleatur tertia pars Retortæ, & destilletur per se in cineribus igne gradatim admoto.

Oleum, seu Spiritus Salis.

Rx. Muria fortissimæ, ex vasis, quibus Sal affervatur, extillantibus, q. s.
In illum Lateres, vel tegula veteres intense candentes pluries injiciantur, donec q. s. muria imbiberint, qui deinde contusi indantur Retortæ lutatæ cum amplo Recipiente, & destillentur per gradus ignis.

Oleum, seu Spiritus Sulphuris.

Rx. Sulphuris q. v.
Destilletur per Campanam vitream loco humidiori, aëreque pluvioso.

Oleum Terebinthinæ.

Rx. Terebinthinæ q. v.
Destilletur per Vesicam affusâ aqua copia.

Oleum

Oleum Vitrioli.

℞. Vitrioli Romani ad rubedinem calcinati, & triti q. f.

Destilletur ex Retorta lutata, vel Cucurbita terrea, cum amplo Recipiente, servatis ignis gradibus.

OLEA PER DELIQUIVM.

Oleum, seu Liquor Guajaci.

℞. Gummi Guajacini q. v.

Dissolvatur in f. q. Spiritus Vini fortioris, & colatura, abjectis facibus, reservetur.

Oleum, seu Liquor Myrrhæ.

℞. Myrrhæ electæ pulveratæ q. f.

Indatur Albuminibus ovorum ad duritiem coctis, & in loco humido solvatur in liquorem oleaginosum. Recens semper preparandum.

Oleum, seu Liquor Plumbi.

℞. Plumbi calcinati q. v.

Affuso Aceto destillato maceretur, & Tinctura filtretur per chartam bibulam, usque servetur.

G 3 *Oleum,*

Oleum, seu Liquor Tartari.

℞. Tartari calcinati donec albescere incipiat q. v.

Pulveratum imponatur Manica Hippocratis lanæ in loco frigido & humido suspensa: ita solvetur in liquorem vase vitreo supposito excipiendum, semelque adhuc filtrandum.

Hiscæ annumeretur

Oleum Petræ naturale.

SECTIO

SECTIO XI,

De Vnguentis.

Vnguentum Adstringens

Fernelii.

- ℞. Olei Rosacei aquâ aluminosâ sæpius
abluti Lib. unam & semis.
Ceræ albæ, Vncias quatuor.
Acaciæ,
Baccarum Myrti,
Balauftiorum,
Cort. Glandium,
Granatorum,
Gallarum immaturarum,
Nucum Cupressi,
Rhois culinariæ,
Mastiches, ana Vnciam unam.

*Omnia exactè trita macerentur in Succis
Messilorum, & Prunorum sylvestrium per dies
quatuor, deinde siccentur igne lento, sicque cum
Oleo & Cera F. s. a. Vnguentum.*

Vnguentum Egyptiacum.

- ℞. Æruginis Vncias quinque.
Aluminis crudi Vnciam unam.
Mellis optimi Vnc. quatuordecim.
Aceti fortis Vncias septem.
Coquantur f. a. in consistentiâ Vnguenti.

G 4

Vnguen-

Vnguentum Agrippæ.

- ℞. Rad. Bryoniæ recentium Libr. duas.
 Cucumeris afinini Lib. unam.
 Scillæ Libram semis.
 Iridis Vncias tres.
 Ari,
 Ebuli,
 Filicis, ana Vncias duas.
 Cerae albiſſimæ Vncias quindecim.
 Olei Libras quatuor.
F. ſ. a. Vnguentum.

Vnguentum Album caphuratum.

- ℞. Olei Roſacei Libram unam.
 Cerae albæ Vncias tres.
 Ceruffæ Vncias ſex.
 Caphuræ cum Oleo roſaceo trita
 Drachmas duas.

Vnguentum Althææ ſimplex.

- ℞. Olei Mucaginum Libras duas.
 Cerae citrinæ Libram ſemis.
 Reſinæ Vncias tres.
 Terebinthinæ Vnc. unam & ſemis.
F. ſ. a. Vnguentum.

Vnguen-

*Vnguentum Althææ compo-
situm.*

- ℞. Olei Mucaginum Libras duas.
 Ceræ citrinæ Libram semis.
 Resinæ,
 Colophonæ, ana Vncias tres.
 Gummi Galbani,
 Hederæ,
 Terebinthinæ, ana Vnciam unam.

F. s. a. Vnguentum.

Vnguentum Apostolorum.

- ℞. Ammoniâci,
 Resinæ,
 Terebinthinæ,
 Ceræ citrinæ, ana Drachmas qua-
 tuordecim.
 Lithargyri auri Drachmas novem.
 Aristolochiæ longæ,
 Bdellii,
 Thuris masculi, ana Drachmas sex.
 Galbani,
 Opopanacis,
 Myrrhæ, ana Vnciam semis.
 Æruginis Drachmas duas.
 Olei communis Libras duas.
 Aceti q. s.

F. s. a. Vnguentum.

G 5 Vnguen-

Vnguentum Arthanitæ.

℞. Succı Radicum Cyclamini Libram unam (aut ejus defectu, Decocti unius Libræ Radicum Cyclamini ficcatarum in taleolas incisarum.)

Succi Cucumeris afinini,

Butyri vaccini, ana Libram semis.

Olei Irini Libram unam.

Rad. Polypodii quercini Vnc. tres.

Pulpæ Colocynthis Vnciam unam & semis.

Euphorbii Drachmas duas.

Contundendis contussis macerentur simul omnia per aliquot dies: postea leviter ebulliant ad succorum consumptionem: colentur, & exprimentur. In expresso liquefiant

Ceræ flavæ Vnciæ Duæ & semis.

Hiscæ adhuc tepidũ immisceantur

Sagapeni aceto soluti, cocti, percolati, & denuo ad consistentiam Vnguenti evaporati, Drach. tres.

Fellis taurini evaporati ad mellis crassitiem Vnciam semis.

Et postremo sequentia tenuissime pulverata

Scammonii,

Colocynthis,

Turbith albi,

Aloes,

Baccar. Mezeræi, ana Drach. duas & semis.

Euphorbii,

Myrrhæ.

Flo-

Florum Chamæmel,
 Piperis longi,
 Zingiberis, ana Drachmam unam.
 Salis gemmæ Drachmas duas.

F. f. a. Vnguentum.

Vnguentum Aureum.

℞. Olei communis Libras duas.
 Ceræ citrinæ Vncias sex.
 Terebinthinæ Vncias duas.
 Resinæ Pini,
 Colophonix, ana Vnc. unam & semis.
 Mastiches,
 Thuris, ana Vnciam unam.
 Croci Drachmam unam.

F. f. a. Vnguentum.

*Vnguentum Basilicon, seu
 Tetrapharmacon.*

℞. Ceræ citrinæ,
 Picis nigræ,
 Resinæ, ana Libram semis.
 Olei communis Libras duas.

F. f. a. Vnguentum.

Vnguentum Calcis.

℞. Calcis vivæ f. a. lotæ, & exsiccatæ,
 Vncias duas.
 Cerussæ Vncias duas & semis.
 Lithargyri auri,
 argenti, ana Vncias tres.
 Tutix

Tutiæ Drachmas duas.
 Olei Rosacei Libras duas.
 Sevi vitulini Vncias octo.
 Succu Lactucæ,
 Plantaginis,
 Solatri, ana Vncias quatuor.
 Vng. Rosacei Vncias duas & semis.
 Ceræ albæ q. f.

F. f. a. *Vnguentum.*

Vnguentum Diapompholygos.

℞. Olei Solanij Vncias sexdecim.
 Ceræ albæ Vncias quinque.
 Cerussæ lotæ Vncias duas.
 Pompholygos præparatæ,
 Plumbi usti & loti.
 Thuris, ana Vnciam unam.

F. f. a. *Vnguentum.*

Vnguentum Enulatum cum ☿
sine Mercurio.

℞. Radicum Enulæ in Aceto coctarum,
 contusarum, cretarum, & modice
 ficcatarum, Libram unam.
 Axungiaë porcinaë veteris salitæ Vn-
 cias octo.
 Olei veteris Vncias quatuor.
 Argentivivi,
 Ceræ novæ,
 Terebinthinæ lotæ, ana Vnc. duas.
 Salis communis Vnciam unam.

F. f. a. *Vnguentum.*

Vnguen-

Vnguentum Martiatum.

- ℞. Herb. Absinthii,
 Abrotani,
 Basilici.
 Calaminthæ,
 Centaurii minoris,
 Chamædryos,
 Costi hortensis,
 Illecebræ,
 Majoranæ,
 Menthæ aquaticæ,
 Paralyfis,
 Sabinæ,
 Salviæ,
 Sambuci, ana Vnciam unam
 & semis.
 Lauri foliorum,
 Rorismarini,
 Rutæ, ana Vncias tres.
 Sem. Cumini,
 Fœnugræci,
 Vrticæ majoris, an. Vnc. semis,
 Adipis Vrsini,
 Medullæ Cervinæ,
 Styracis liquidæ, ana Vncias tres.
 Butyri Libram unam.
 Olei de Nuce moschatâ expressi Vn-
 ciam unam.
 Olivarum Libras quatuor.
 Cerae citrinæ Libram unam.
 Vini generosi q. s.
Herbi per octiduum in Vino maceratis
 F. s. a. Vnguentum.

Vnguen-

Vnguentum Nervinum.

- ℞. Vnguenti Althææ Vncias quatuor.
 Ping. Anatis,
 Anferis,
 Canis,
 Felis, ana Vncias duas.
 Olei Anethini,
 Chamæmelini,
 Laurini,
 Lumbricorum,
 Vulpini, ana Vnciam unam.
 Euphorbii,
 Petræ,
 Spicæ,
 Terebinthinæ, ana Vnc. semis.
 Spiritus Vini Vnc. unam & semis.
 Cæræ q. s.
 F. s. a Vnguentum molle.

Vnguentum Nutritum.

- ℞. Lythargyri auri tenuissime lævigati
 Libram semis.
 Olei Rosacei,
 Aceti Vini, ana q. s. ut
 Nutriendo in mortario F. s. a Vnguentum.

Vnguentum Oculare.

- ℞. Lapidis Calaminaris præparati Vn-
 cias tres.
 Tutia præparatæ Vnciam unam.
 Vitrioli

DE VNGVENTIS. 111

Vitrioli albi.

Caphuræ, ana Scrupulos duos.

Vnguenti Rosacei Libram unam.

F. s. a. Vnguentum.

Vnguentum Peclorale.

- ℞. Butyri recentis Vncias sex.
Olei Amygdalarum dulcium Vncias
quatuor.
Chamæmelini,
Violacei, ana Vncias tres.
Adipis Anatis,
Gallinæ, ana Vncias duas.
Radicis Iridis Vnciam unam.
Ceræ albæ Vncias tres.

F. s. a. Vnguentum.

Vnguentum Pomatum.

- ℞. Axungię Porcinę recentis à mem-
branis purgatę, & Vino albo lo-
tę, fevi ovilli vino albo loti, ana
Libram unam.
Poma Camusia (*nostratibus Emmer-
appelen*) mundata, & in Aqua
Rosacea cocta, Sexdecim.
Ligni Rhodii,
Sassafras,
Radicis Iridis Florentinę, ana
Drachmas sex.
Benzoini,
Styracis Calamitę, ana Vnc. semis.

F. s. a. Vnguentum.

Vnguen-

Vnguentum Populeum.

℞. Oculorum, seu Gemmarum Populi
recentium Libras tres.

Axungiaë porcinaë recentis insulsæ
Libras sex.

Gemma Populi contundantur, & macerentur in Axungia, donec sequentes herba collecta fuerint.

℞. Herb. Bardanaë,
Hyoscyami,
Lactucæ,
Mandragoraë,
Papaveris nigri,
Sempervivi majoris,
 minoris,
Solani,
Violarum,
Umbilici Veneris, aut Portu-
lacæ,
Cymarum Rubi tenerrimarum, ana
Manipulos duos.

Quæ contusa cum Axungia, & Oculis Populi coquantur ad consumptionem humiditatis: fiatque s. a. Vnguentum.

Vnguen-

Vnguentum Refrigerans Galeni.

℞. Olei Rosacei Omphacini Vncias
quatuor.

Ceræ albæ Vnciam unam.

*Cera in Oleo liquetur, sapius aqua frigida
lavetur, & percutiantur exactè: postremo
Aqua Rosacea abluantur, & addito*

Aceti tantillo,

F. s. a. Vnguentum.

Vnguentum Rosaceum.

℞. Axungiaë porcinaë recentis à mem-
branis purgataë, & aliquoties lo-
taë, Libras duas.

Rosarum pallidarum recentium q. s.

*Mixta insolentur per aliquot dies: deinde
effervescent, & colentur. Colatura immisce*

Rosarum quantitatem eandem.

*Denuo insolentur, ebulliant, & colentur ut
ante: hacque toties repetantur donec Axungia
gratissimum acquirat odorem. Serventur pro
Vnguento.*

SECTIO XII.

De Emplastris.

Emplastrum Betonicæ.

- ℞. Succī Betonicæ,
 Apī,
 Plantaginīs, ana Lib. unam.
 Ceræ,
 Gummi Elemni,
 Resinæ Pini,
 Terēbinthinæ, ana Libram semis.
 F. s. a. Emplastrum.

*Emplastrum Diachalciteos, seu
 Diapalma.*

- ℞. Olei veteris,
 Lithargyri auri, ana Libras tres.
 Axungię Porci veteris à membranīs
 purgatæ Libras duas
 Chalcitidis ustæ, aut Vitrioli albi, Vn-
 cias quatuor.

*Agitentur inter coquendum cum Palma, ejus
 loco Quercus, Salicis, Mespilivæ recentibus ra-
 mis, & F. s. a. Emplastrum.*

Empla-

Emplastrum Diachylon simplex.

- ℞. Olei Mucaginum Libras tres.
Lithargyri auri Lib. unam & semis.
F. s. a. *Emplastrum.*

*Emplastrum Diachylon cum
Gummi.*

- ℞. Olei Mucaginum Libras octo.
Lithargyri auri Libras quatuor.
Cerae,
Terebinthinæ, ana Libram semis.
Ammoniacy,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni, ana Vncias quatuor.
F. s. a. *Emplastrum.*

*Emplastrum Gratia Dei,
cum & sine Æruginē.*

- ℞. Cerae novæ,
Resinæ,
Sevi hircini, ana Vncias quatuor.
Terebinthinæ Vncias duas.
Æruginis,
Mastiches,
Olibani, ana Drachmas tres.
F. s. a. *Emplastrum.*

*Emplastrum Griseum, seu
Lapidis Calaminaris.*

- ℞. Lapidis Calaminaris præparati Vn-
ciam unam.
Lithargyri Vncias duas.
Ceruffæ,
Tutiæ, ana Vnciam semis.
Terebinthinæ Vnciam unam.
Thuris Drachmas quinque.
Mastiches Drachmas tres.
Myrrhæ Drachmas duas.
Caphuræ Drachm. unam & semis.
Ceræ albæ Vnciam unam & semis.
Sevi hircini Vncias duas.

F. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Meliloti.

- ℞. Summit. Meliloti Vncias sex.
Fol. Abinthii,
Majoranæ,
Flor. Chamæmeli,
Sem. Fœnugræci,
Bacc. Lauri,
Rad. Althææ, ana Drachmas tres.
Cypero,
Iridis,
Spicæ Nardi Indicæ,
Cassæ lignæ, Sem.

DE EMPLASTRIS. 117

Sem. Ammios,

Apii,

Cardamomi minoris, ana
Drachmas duas & semis.

Ammoniacy Drachmas decem.

Bdellii,

Styracis Calamitæ, ana Drachmas
quinque.

Terebinthinæ Vnc. unam & semis.

Ficus ficcatus Duodecim.

Resinæ,

Sevi hircini, ana Vncias quatuor.

Ceræ citrinæ Vncias octo.

Olei Spicæ Vncias duas,

Majoranæ q. s.

F. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Minii.

℞. Minii Libram unam.

Olei communis Libras duas.

Coque s. a. addendo

Ceræ Libram semis.

Terebinthinæ Vncias quatuor.

Plumbi usti præparati Vncias duas.

F. s. a. Emplastrum.

H 3

Em-

Emplastrum Mucilaginum.

- ℞. Olei Mucaginum Vncias sex.
 Ammoniacy,
 Galbani,
 Opopanacy,
 Sagapeni, ana Vnciam femis.
 Croci Drachmas duas.
 Ceræ citrinæ Vncias viginti.
 Terebinthinæ Vncias duas.

F. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Oxycroceum.

- ℞. Ceræ citrinæ,
 Colophoniæ,
 Picis navalis, ana Vncias sex.
 Croci Britannici Vncias duas.
 Ammoniacy,
 Galbani,
 Mastiches,
 Myrrhæ,
 Terebinthinæ,
 Thuris, ana Vncias duas.
 Aceti q. s. dissolvendis gummi.

F. s. a. Emplastrum.

Empla-

*Emplastrum Ranarum cum, &
sine Mercurio.*

- ℞. Olei Chamæmelini,
Anethini,
Liliorum,
Spicæ, ana Vncias quatuor.
Crocini, Vncias duas.
Axungiaë porcinaë Libras duas.
Pinguedinis vitulinaë Lib. unam.
Olei Laurini genuini Vncias octo.
Thuris masculi Vnc. duas & semis.
Euphorbii Drachmas decem.
Ranas viventes vino lotas Duodecim.
Lumbricorum terrestrium vino ab-
lutorum Vncias septem.
Fol. Matricariaë,
Flor. Scœnanthi,
Stœchados, ana Manip. duos.
Succi Rad. Ebuli,
Enulæ Campanæ,
Terebinthinaë claraë, ana Vncias qua-
tuor.
Styracis liquidæ Vncias tres.
Lithargyri auri Libras duas.
Argenti vivi Terebinthina extincti
Vncias octo.
Vini generosi Libras quatuor.
Ceræ albæ q. s.
F. s. a. *Emplastrum.*

H 4

Empla-

DE EMPLASTRIS. 121

Picis navalis Libras duas.

Ceræ Libram unam.

Terebinthinæ q. s.

*Pulverata omnia cum prædicto pulvere mi-
sceantur Pici liquefacta, & incorporentur exactè
cum Terebinthina, & F. s. a. Emplastrum.*

Emplastrum Sticticum Paracelsi.

℞. Ammoniaci,
Bdellii, ana Vncias duas.
Galbani,
Myrrhæ,
Olibani,
Opopanacis,
Rad. Aristolochiæ longæ,
rotundæ,
Dictamni albæ,
Magnetis præparati, ana Vnc. unam.
Olei Hyperici Libras duas.
Laurini genuini Vncias duas.
Lithargyri auri Lib. unam & semis.
Ceræ citrinæ Libram semis.
Terebinthinæ Vncias quatuor.

F. s. a. Emplastrum.

Ceratum Santalinum.

℞. Santali rubri Drachmas decem.
albi,
citrini, ana Drachmas sex.
Flor. Rosarum rubrarum Drachmas
duodecim.
Boli Armeniæ Drachmas septem.
H 5 Spodii

Spodii ex ebore Drachmas quatuor.

Caphuræ Drachmas duas.

Olei Rosacei Omphacini Vncias novem.

Ceræ albæ q. s. ut

F. s. a. Ceratum.

Ceratum Stomachicum Galeni.

℞. Mastiches,
Rosarum rubrarum, ana Drachmas
viginti.

Fol. Absinthii Drachm. quindecim.

Spicæ Nardi Indicæ Drach. decem.

Olei Rosacei Omphacini Lib. unam.

Ceræ q. s. ut

F. s. a. Ceratum.

Sparadrapum, seu Tela Gualteri.

℞. Olei Rosacei Omphacini Libram semis.

Sevi arictini Vncias quatuor.

Ceræ albæ Vncias decem.

Lithargyri,

Minii, ana Vncias tres.

Boli Armeniae,

Mastiches,

Plumbi usti præparati,

Thuris,

Tutiæ, ana Vnciam unam & semis.

Caphuræ Vnciam semis.

*Lithargyrus, ac Minium cum Oleo Rosaceo
& Sevo, additâ à principio s. q. aqua, simul
coquan-*

coquantur ad debitam consistentiam : inde Cera liquefacta affundatur , ac tandem pulveres immisceantur , sicque *f. s. a.* Emplastrum. Quo adhuc calente pannus lineus utrimque intingatur , & supra tabulam Oleo Rosacco madidam extendatur.

Ruptorium commune.

Fit ex Lixivio fortissimo secundum artem exsiccato.

Lapis Alchymie.

Rx. Vitrioli Romani Libram unam.
 Aluminis Libram semis.
 Tartari albi ,
 Vitrioli albi, ana Vncias quatuor.
 Boli communis ,
 Lapidis Calaminaris, ana Vnc. duas.
 Æruginis ,
 Cerussæ, ana Vnciam unam.

Pulverata subtilissimè cum s. q. Aceti Vini optimi bulliant , & coquantur ad Lapidis duntaxat.

SECTIO

SECTIO XIII,

De Præparationibus quorundam
Medicamentorum Simplicium.*Aloes nutritio per succum**Rosarum.*

- ℞. Aloes Socotorinæ lucidæ tritæ q. v.
Succi Rosarum pallidarum q. s.

*Vt in eo dissolvatur, deinde exsicce-
tur rursus, eademque Succij ejusdem portione
diluatur, agitetur, dissolvatur, & denuo exsicce-
tur: hacque aliquoties reiterentur.*

Æris ustio.

- ℞. Æris laminas q. v.

*Immittantur in fictile, interjectâ inter singu-
las laminas*

Sulphuris pulverati s. q.

*Sic ut paretur S. S. S. tum igne urantur
quoad suffecerit. Cinis relictus aqua calida sa-
pius affusa edulcoretur.*

Calcis ablutio.

- ℞. Calcis vivæ q. v.

*Teratur, & in catino copiosa aqua dulci
miscetur multa agitatione: cumque in fundo
rese-*

resederit, mutetur aqua, & commisceatur de-
nuo, idque repetatur decies. Tandem Rosacea
assundatur, & Calx siccata asservetur.

Chalybis præparatio.

℞. Limaturæ Chalybis purissimi q. v.

Irroretur Aceto vini acerrimo, & siccetur
ad Solem, idque toties repetatur, donec super
porphyritem, affuso parum Aqua Cinamomi,
possit teri in pulverem impalpabilem, quod
duodecima fere irrotatione fit.

Cornu Cervi, Eboris, aliorumque Ossium præparatio vulgaris.

℞. Ossa quæ, & q. v.

In frustra secta comburantur in Crucibulo do-
nec penitus albescant: subtilissime trita laven-
tur aliquoties Aqua Rosacea: tandem super
marmor lavigata formentur in Trochiscos.

Eorundem Ossium præparatio nova.

In destillatione Aqua vita Ossa filo annexa
suspendantur in Collo Vesicae, ita ut Vinum non
atingant: tum superposito Capitello fiat destilla-
tio, & per vapores ascendentes ossa in substan-
tiam friabilem redigentur prima, vel repetitis
destillationibus.

CORIAN-

*Coriandri & Cumini Seminum
preparatio.*

℞. *Seminum Coriandri, vel
Cumini q. v.*

*Macerentur horis viginti quatuor in acri
Aceto, dein siccata recondantur.*

Elaterium conficiendi modus.

℞. *Cucumerum agrestium intra octi-
dium collectorum q. omnind s.*

*Præcendantur caute cultelli apice in medio
petioli, ut matura semina sine ulla fructuum
compressione in capacem amphoram profiliant.
E fructibus vero super cribro incisus semen reli-
quum, & mucago prolectanda sunt. & in morta-
rio marmoreo ligneo pistillo, affuso sensim liquoris
tenuis è fructibus concisis exstillantis, & aqua
pluvia tantillo, tundenda; atque ita manibus
omnia calidis tractanda, donec liquor pinguis
oleosus è medulla semini in pulpamentum per
cribrum setaceum tenuissimum, & novum trans-
eat; quod per evaporationem super arenas redi-
gendum in consistentiam massæ pilularum.*

Efulæ preparatio.

℞. *Corticum Radicum Efulæ q. v.*

*Macerentur in Aceto acri calore medioeris
dein siccati reponantur. Ita Helleborus niger,
aliaque id genus præparantur.*

Lacca

Laccæ præparatio.

℞. Laccæ immundæ (sincera enim per se usurpari potest) parùm fractæ q. v.

Decoque in aqua, cui

Radicum Aristolochiæ longæ, & Schœnanthi, ana partes æquales

Sint incocta, donec purior pars supernatet, sordisque in fundo resederint: purior illa pars auferatur, & ad Solem, aut in Vaporario exciccetur, usque seruetur.

Lapidis Calaminaris præparatio.

℞. Lapidis Calaminaris q. v.

Ter candefactus ter Aquæ Plantaginis, & Rosarum extinguitur. Tandem super marmor lavigatus cum iisdem aquis in pastillos redigatur.

Lapidis Lazuli præparatio.

℞. Lapidis Lazuli q. v.

Vratur in crucibulo, deinde teratur, & toties Aqua primum communi, deinde cardiaca, aut Melissa, aliave abluatur, donec aqua limpida post lotionem remaneat.

Lapi-

*Lapidum Pretiosorum,
 Corallorum,
 Margaritarum,
 Oculorum Cancri,
 Aliorumque præparatio.*

℞. Margaritarum candidarum selectarum q. v.

In mortario, & pistillo porphyritico, vel ex chalybe, additis Aqua Rosacea guttulis quibusdam, tamdiu molantur, dum in tenuissimum pulverem redacta fuerint, & indita ori sub dentibus stridorem nullum edant: demde siccentur parum, & redigantur in pastillos.

Lumbricorum præparatio.

℞. Lumbricos terrestres majores q. v.

Laventur vino albo generoso toties, donec omnem impuritatem deposuerint; deinde siccati usui reponantur.

Opii præparatio.

℞. Opii q. v.

Dissolvatur in Spiritu Vini, solutum percolatur, & evaporet in consistentiam.

Plumbi

Plumbi ustio.

℞. Plumbi laminarum tenuissim. q. v.
Sulphuris q. f.

*Fiat S. S. S. in fictili novo : ignem succen-
dito, flagrans plumbum spatula ferrea versato
donec prorsus in cineres redigatur.*

Scammonii præparatio.

℞. Scammoni pulverati q. v.

*Indatur in Cydonea excavata, qua pasta ob-
ducta in furno, vel cineribus assentur & postea
exemptum Scammonium servetur usui. Voca-
turque Dacrydium, passim Diagridium.*

Tutiæ præparatio.

℞. Tutiæ officinarum, seu Cadmiæ
Græcorum q. v.

*Ter saltem in crucibulo candefacta, ter Aqua
Rosarum extinguatur, deinde super marmor in
subtilissimum pollinem lavigata cum Aqua Ro-
sacea redigatur in pastillos.*

Vitrioli calcinatio.

℞. Vitrioli pulverati q. v.

*In vase terreo non vitreato igne moderato ex-
siccetur ad albedinem, fortiter semper agitando
ne adhaereat & lapidescat. Postea igne aucto
per hora quadrantem uratur ad rubedinem.*

A P P E N D I X.

De Quibusdam nuncupationibus plura uno titulo comprehendentibus.

Quinque Radices Aperientes.

Apii.
Asparagi.
Fœnicul.
Petroselinii.
Rufci.

Quatuor Herbæ Emollientes.

Althæa.
Beta, *vel* Parietaria.
Malva.
Violaria.

Quinque Herbæ Capillares.

Capillus Veneris.
Phyllitis, *seu* Lingua cervina.
Polythricum, *seu* Trichomanes.
Salvia Vitæ, *seu* Ruta muraria.
Scolopendrium, *seu* Ceterach.

Tres

Tres Flores Cordiales.

Borraginis.
Buglossæ.
Violarum.

*Quatuor Semina Calida
Majora.*

Anisi.
Cardamomi.
Cumini.
Fœniculi.

*Quatuor Semina Calida
Minora.*

Ammios.
Apii.
Carei.
Dauci.

*Quatuor Semina Frigida.
Majora.*

Cucumeris.
Cucurbitæ.
Citrulli.
Melonum.

I 2

Qua-

*Quatuor Semina Frigida
Minora.*

Cichorei.
 Endiviæ.
 Lactuæ.
 Portulacæ.

*Quinque Lapidum Pretiosorum
Fragmenta.*

Granati.
 Hyacinthi.
 Sapphiri.
 Sardi, seu Carneoli.
 Smaragdi.

DE P O N D E R I B V S,

& Mensuris Medicis,

quibus hodie utimur,

eorumque Notis.

- Gr. gr. Granum hordei modicè crassum.
- ℞. Scrup. Scrupulus, vel Scriptulus, pendet grana viginti.
- ℥. Drach. Drachma, continet Scrupulos tres.
- ℥. Vnc. Vncia, pendet Drachmas octo.
- ℔. Lib. Libra Medica, est pondus Vnciarum duodecim.
- ℔℥. Libra semis, Selibra, est pondus Vnciarum sex.
- Quart. Quartarius, vel quadrans, Vnciarum trium.
- M. Manipulus, quantum manu comprehendere potest.
- P. Pugillus, quantum adductis digitorum apicibus attollitur.
- Pinta nostra continet Vncias liquoris circiter viginti.
- No. Numero }
 Par. Paria } ita fructus metimur.
- ā. ana, id est, cujusque, vel singulorum prius recensitorum dosin quæ sequitur sumendam significat, aut, si nulla sequatur dosis, singulorum æqualem debere esse quantitatem.

I 3

Part.

Part. æq. id est, partes æquales omnium
sumendas.

Q. S. q. s. quantum sufficit) cum Pharmaco-

Q. V. q. v. quantum vis } pæi arbitrio pon-

Q. PL. q. pl. quantum placet } dus, vel mensura

S. A. s. a. Secundum artem, cum Phar-
macopœo modus componendi
committitur.

S. S. S. stratum super stratum, cum duæ
res alternatim sibi invicem
substernuntur.

B. M. Balneum Mariæ, vel Maris.

F I N I S.

I N D E X

Medicamentorum Compositorum
in officinis asservandorum.

A C E T A.	Seçt. II. pag. 26
Calendulæ.	26
Lavendulæ.	26
Rosaceum.	26
Sambucinum.	26
Scilliticum.	26
A N T I D O T A.	V I. 56
Confectio Alkermes.	61
Hyacinthorum.	61
Diascordii Fracastorii.	60
Mithridatium Damocratis.	56
Theriaca Andromachi.	58
Theriaca Diatesaron Mesuei.	61
A Q V A E C O M P O S I T A E.	I I. 19
Alexipharmaca.	19
	Ant-

I N D E X.

Ant-epileptica.	20
Anti-nephritica.	21
Anti-paralytica.	21
Hysterica.	23
Theriacalis.	23
Vitæ composita.	24

A Q V Æ S I M P L I C E S S T I L L A T I - T I Æ. II. 18

Acetosæ.	19
Betonicæ.	19
Borraginis.	18
Caprifolii.	19
Cardui benedicti.	19
Centaurii minoris.	19
Chelidonii majoris,	19
Cichorei.	19
Cinamomi.	19
Cochleariæ.	19
Euphragiæ.	18
Fabarum.	19
Fœniculi.	19
Fumariæ.	19
Graminis.	19
Hyssopi.	18
Lactucæ.	19
Lavendulæ.	18
Liliorum convallium.	18
Melissæ.	18
Mellis.	19
Menthæ.	18
Papaveris erratici.	18
Petroselini.	18
Plantaginis.	18
Potulacæ.	18
Pulegii.	18
Rosarum.	18
Sambuci.	18
Solatri.	18
Spermatis Ranarum.	18

I N D E X.

Tiliae.		18
CERATA.		XII. 121
Santalinum.		121
Stomachicum.		122
CONDITA.		IV. 47
Cato & Miva Cydoneorum.		47
Caulēs Lactucæ.		47
Cortices Arantiorum.		47
Citiorum.		47
Flores Arantiorum.		47
Citiorum.		47
Fructus Berberi.		47
Cerafa.		47
Cerafa amarena.		47
Myrobalani.		47
Nuces Juglandes		47
Moschatae.		47
Ribesii.		47
Passulæ purgantes.		47
Radices Acori vulgaris.		47
Cichorei.		47
Enulæ campanæ.		47
Eryngii.		47
Satyri.		47
Scorzoneræ.		47
Singiberis.		47
CONSERVÆ.		IV. 48
Absinthii Romani.		48
vulgaris.		48
Acetosæ.		48
Betonicæ.		48
Borraginis.		48
Calendulæ.		48
Caryophylloium.		48
Cichorei.		48
Euphrasiæ.		48
Malvæ.		48
Melissæ.		48
Menthæ.		48

Nym-

I N D E X.

Nymphææ.	48
Pæoniæ.	48
Rorismarini.	48
Rosarum pallidarum.	48
rubrarum.	48
Salviæ.	48
Symphyti.	48
Trifolii acetosi.	48
Violarum.	48
ELECTVARIA SOLVTIVA. V.	49
Benedictum laxativum.	49
Confectio Hamech.	50
Diacartham.	51
Diacatholicon.	51
Diaphœnicon.	52
Diaprunum solutivum.	53
Hiera Diacolocynthidos.	53
Hiera picta Galeni.	54
Lenitivum.	54
Succi Rosarum.	55
EMPLASTRA. XII.	114
Betopicæ.	114
Diachalciteos, <i>ses</i>	
Diapalmæ.	114
Diachylon cum Gummi.	115
simplex.	115
Gratia Dei.	115
Griseum, <i>ses</i>	
Lapis Calaminaris.	116
Meliloti.	116
Minii.	117
Mucilaginum.	118
Oxycroceum.	118
Ranarum cum, &	
sine Mercurio.	119
<i>ad</i> Rupturas Fernelii.	120
Sparadrapum, <i>ses</i>	
Tela Gualtheri.	122
Sticticum Paracelsi.	121
I 5	L A-

I N D E X.

LAPIS ALCHYMIÆ.	XII. 123
MELLITA.	III. 44
Diamoron Nicolai.	45
Mel Centaurii.	44
Mercurialis.	44
Rotifmarini.	44
Rosarum.	44
Rosarum solutivum.	44
Oxymel Scilliticum.	45
simplex.	45
OLEA PER DELIQUIVM.	X. 101
Guajaci.	101
Myrrhæ.	102
Petræ naturale.	102
Plumbi.	102
Tartari.	102
OLEA PER DESTILLAT.	X. 98
Anethi.	99
Anisi.	99
Baccarum Juniperi.	98
Carei.	99
Caryophyllorum.	98
Ceræ.	99
Cinamomi.	99
Corricum Arantiorum.	99
Corticum Citriorum.	99
Fœniculi.	99
Laterum, seu Philosophorum.	100
Ligni Rhodii.	99
Macis.	99
Majoranæ.	99
Nucis Moschatæ.	99
Origani Cretici.	99
Rotifmarini.	99
Salis.	100
Spicæ.	99
Succini.	100
Sulphuris.	101
Terebinthinæ.	101
	Vitrioli.

I N D E X.

Vitrioli.	101
O L E A P E R E X P R E S S I O N E M . X .	91
Amygdalarum amararum.	91
dulcium.	91
Erucae.	91
Hyoscyami.	91
Laurinum.	91
Lini.	91
Macis.	91
Nigellæ.	91
Nucis Juglandis.	91
Moschatæ.	91
Ovorum.	91
Olivarum maturarum.	91
Omphacinum.	91
Palmæ.	91
Papaveris.	91
O L E A P E R I N F U S I O N E M , E T	ET
D E C O C T I O N E M . X .	92
Absinthii.	92
Anethinum.	92
Capparum.	93
Castorei.	93
Chamæmelinum.	92
Crocinum.	94
Cydoneorum.	92
Euphorbii.	95
Hyperici.	92
Irinum.	95
Keyrinum.	92
Liliorum alborum.	92
Lumbricorum terrestrium.	95
Majoranæ nobilis.	92
Mastichinum.	96
Menthæ crispæ.	92
Mucaginum.	96
Myrtillorum.	99
Nardinum.	96
Nepetæ.	92
	Nym-

I N D E X.

Nymphææ.	92
Rosaceum.	92
Rosaceum omphacinum.	93
Rutaceum.	93
Scorpionum.	93
Solani.	93
Trifolii odorati.	93
Violaceum.	93
Verbasci.	93
Vulpinum.	98
O P I A T A.	VI. 56
Philonium Mesuæ.	62
Requies Nicolai.	62
P I L V L Æ.	IX. 84
Aloëphanginæ.	84
Agarici.	85
Auræ.	85
Cochiæ.	85
Cynoglossi.	86
Extracti catholici.	86
Fœtidæ majores.	87
Hieræ cum Agarico.	87
Lapidis Lazuli Mesuæ.	88
Laudani Opiati.	88
Mastichinæ.	98
Nitri Alex. Tralliani.	98
Pestilentialia communes.	98
Sine quibus.	98
P R Æ P A R A T I O N E S Q V O R V N D A M	
S I M P L I C I V M.	XIII. 124
Æris.	124
Aloes.	124
Calcis.	124
Chalybis.	125
Corallorum.	128
Cornu Cervi.	125
Coriandri & Cumini Seminum.	126
Eboris.	125
Elaterium faciendi modus.	126
	Esulæ.

I N D E X.

Efulæ.	126
Hellebori nigri.	119
Lacææ.	127
Lapidis Calaminaris.	127
Lazuli.	127
Lapidum pretioforum.	128
Margaritarum.	128
Oculorum Cancri præparatio.	128
Opii.	128
Plumbi.	128
Scammonii.	129
Tutiæ.	129
Vitrioli.	129

PVLVERES AROMATICI. VII. 65

Aromaticus rofaceus Gabriëlis.	65
Diacalaminthes.	66
Diagalangæ Mefuæ.	66
Diaireos fimplex.	67
Dialacææ major.	67
Diamargariton frigidus.	68
Diambraz Mefuæ.	68
Dianthos Nicolai.	69
Diatthodôn Abbatis.	70
Diatragacanthi frigidus.	71
Diatrion Santalon Nicolai.	71
Liberans.	72
Nephriticus.	73

PVLVERES CHYMICI. VII. 74

Cremor Tartari.	74
Cryftalli Tartari.	74
Flores Sulphuris.	75
Lapis Prunellæ.	75
Magift. Corallorum.	75
Margaritarum.	75
Oculorum Cancri.	75
Mercurius præcipitatus.	76
Tartarum vitriolatum.	74

PVLVERES PVRGANTES. VII. 64

Diafenæ Montagnanzæ.	64
Dia-	

I N D E X.

	Diaturbith cum Rhabarbaro.	64
	Hieræ simplicis Galeni.	65
R O B.		III. 46
	Acaciæ.	46
	Berberorum.	46
	Ribesiorum.	46
R V P T O R. C O M M V N E.		XII. 123
S A L E S.		VII. 76
	Abfinthii.	76
	Cardui benedicti.	76
	Fabarum.	76
S Y R V P I.		III. 28
	Abfinthii compositus.	29
	Aceti.	27
	Acetosæ.	27
	Agrestæ.	27
	Althææ Fernelii.	30
	Artemisiæ Fernelii.	30
	Betonicæ.	32
	Borraginis.	32
	Botryos.	32
	Byzantinus.	32
	Capillorum Veneris.	33
	Cardui benedicti.	32
	Cichorei simplex.	32
	cum Rhabarbaro.	33
	Cochleariæ.	28
	Cydoneorum.	28
	Diacnicu.	34
	Diacodion.	36
	Fumarizæ.	36
	Glycyrrhizæ.	37
	Granatorum acidorum.	28
	Hyssopi.	37
	Iujubinus.	38
	Iulapium rosaceum.	28
	Limonum.	28
	Menthæ.	38
	Myrtinus.	39
	Papa-	

I N D E X.

Papaveris.	40
Papaveris erratici.	40
Portulacæ.	40
Quinque Radicum.	41
Rosarum ficcatarum.	41
solutivus.	41
solutivus cum Sena.	42

Scabiosæ.	32
Stœchadis.	42
Symphyti Fernelii.	43
Violarum compositus.	43
simplex.	29

TABELLÆ.	IV. 48
Saccharum Althææ.	48
Saccharum perlarum.	48

TROCHISCI.	VIII. 77
Agaricus trochiscatus.	77
Albi Rhazis. <i>sen</i>	77
Sief album.	77

Alhandal.	77
Alkekengi.	78
Bechici.	78
Capparum.	79
Cypheos pro Mithridatio.	79
Hedychroi ad Theriacam.	80
Myrrhæ.	81
Rhabarbari.	81
Scillitici ad Theriacam.	82
Terræ sigillatæ.	82
Viperini ad Theriacam.	83

VGVENTA.	XI. 103
Adstringens Fernelii.	103
Ægyptiacum.	103
Agrippæ.	104
Album Caphuratum.	104
Althææ compositum.	105
simplex.	104
Apostolorum.	105
Arthanitæ.	106
Aureum.	106

I N D E X.

Aureum.	107
Basilicon, seu Tetrapharmacon.	107
Calcis.	107
Diapompholygos.	108
Enulatum cum Mercurio.	108
Martiatum.	108
Neivinum.	109
Nutritum.	110
Oculare.	110
Pectorale.	110
Pomatum.	111
Populeum.	112
Refrigerans Galeni.	113
Rosaceum.	113

F I N I S.

P R I V I L E G I V M.

Privilegio DD. Hollandia & West-Frisia Ordinum cautum est, ne quis Pharmacopœam hanc Amstelredamensem, Senatus Auctoritate munitam, proximis ab editionis tempore viginti annis, vel totam vel ex parte, vel majori, vel minori forma recudat, vel recudi procuret, vel alibi recusam intra Hollandia West-Frisiaque fines importet, distrahatur, aut divendatur, sub pena ad id constituta in diplomate ipso, dato Haga Comitibus 1^o Maji anni 1636.

Subsignat.

C. van der Wolff.

182. -

